






NICANDRI
THERIACA
VALENTIA
1551














Nicander
Theriaca. Interprete
P. J. Stève

Valencia: J. Mey 1552

[Palau II. 253]

Valentia 1551. ?

Vide Nicolao Antº. Bibliothª. Script. Hisp. t. 2º. pag. 203.



MAGNIFICO DOMINO BERNARDO CIMONI PATRITIO VALENTINO, vnico studiosorum Mæcenati Petrus Iacobus Steue Medicus S. D. P.



I QVICQVAM hominum diligentiam, industriamq; commendare vnquam potuit, Bernarde magnifice, vt inde homines ἀλφησαὶ, id est, indagatores cognominari meruerint, ea sanè medicinæ pars fuit (mea sentētia) quæ venenis aduersatur. Tantò enim alijs difficilior, abstrusaq; magis censenda est, quantò minus in ea ratio hominis, ingeniumq; valent. Nam alias omnes medicinæ partes, tametsi difficillimas, longißimasq;, si ad vitæ humanæ periodum spectes, & quarum culmen vix infinita annorum secula attingerent, hominis ingenium, sagaxq; ratio, mirum locupletarunt in modum. Ea enim est ingenij nostri in ratiocinando solertia, vt quæ sub sensuum iudicium cadunt, ita inter se mutuò componere poßit, vt amplißimam inde lautißimamq; remediorū materiam comparare valeat Quæ enim pus mouere, carnem cauis vlceribus inducere, plana ad cicatricem perducere, & huiusmodi similia præstare nata

sunt, ad eum modum sunt omnia inuenta, cognitis nimirum primis medicamentorum facultatibus, quarum sensus iudex est, quæ in calfaciendo, refrigerando, humectando, & exsiccando sunt sitæ. Cæterum amuletorum facultas, cùm sola experientia poßit comparari, non mirum si tam angustam, arctamq́; inueniendi habeat viam, egregiamq́; laudem nacti sint, maiores illi nostri, qui tam sedulò se huic negocio dedidere, vt singula, quæ aduersus venenata scripta sunt experimento comprænhenderent. Ad quam sanè rem immensis laboribus, iugi exercitatione, ocioq́; sempiterno fuit opus. Quis enim Andromachi diligentiam non euehat ad sydera vsque? Quis non extollat Mithridatem? Quis non reuereatur Asclepiadem, qui antidota aduersus venena propemodum omnia descripsit? Quis nō veneretur Appollodorum, Heraclidem Tarentinum, Hæram, Eudemum, Dioscoridem, Galenum atque Nicandrum: quorum diligentia, atq; sedulitas in hac medicinæ parte tanta fuit, vt singulorum commentaria in publicam hominum vtilitatem exierint? Sed partim iniuria temporis intercepta, partim inuidorum prauitate in priuatis bibliothecis tabescentia, vt inde magis, commendatio maior accedat his, quorum lectionem non potuit vnquam inuidia supprimere, non longa annorum curricula delere. Nam quæ inexplebilem temporis edacitatem effugere potuerunt, ea sanè multis semper placuisse, ac tanquam meliora ab iniurijs vindicata fuisse credendum est. Huiusmodi sanè est præsens Nicandri de Theriacis cōmentarius, quem sub nominis tui patrocinio in lucem emittimus; in quo de venenatis animalibus, & medicamentis venenis aduersantibus tractationem instituit. Qui tam accuratè vniuscuiusq;

iusq; feræ notas deliniat, vt earum formam potius oculata fide intueri, quàm aut legere, aut audire arbitreris; tanta est huic autori in dicendo efficacia, tam mira in verbis electio, viuaxq́; proprietas. Et cùm nō desint opportunè suis in locis lepores poëtici, ac sales, insignes (inquam) historiæ, & fabulæ quibus sæpe dilatet, amplificet, & exornet propositam tractationem, animumq́: quodammodo mulceat legentium, iuncta tamen cum his est quædam non vulgaris obscuritas, ob quam sanè haudquaquam peruiu: est ad hunc poëtam aditus, vel his etiam, qui non omnino Græcæ linguæ fuerint ignari. Quod non aliam ob causam contigisse mihi in animum induxi, quàm quòd dum explicandarum rerum proprietati, totus incumbit, interdum noua quædam vocabula effingere, interdum peregrina, longeq; petita aduocare, interdum figurata locutione vti, coactus est. Ad hæc rem ipsam succincta quadam tractat breuitate: quoniam verbositas non longè à mendacio dissita, à philosophica tractatione semper esse debet aliena. Propterea mirum non est, si tam fœlicia hactenus ingenia, qualia & nostra fert ætas, & ante nostram ætatem extincta fuere, obscuritate perterrita, aut non tentauerint hunc Poëtam in Latium vertere, aut incœpto iam opere destiterint. Neq; hæc attulimus, quo nostros commendemus labores, conatusq́; euehamus, nosq́; præ alijs admiratione dignos censeamus: sed potius vt studiosos excitemus, animumq́; ipsis ad ardua quæq; capescenda addamus, illud comici dictum obijcientes, nihil esse tam difficile, quin quærendo inuestigari queat. Neq; enim nobis, cùm primum animum ad id negotium appulissemus, res ex votis cessura esse videbatur: Quin potius, quoniam hinc

 familiaria,

familiaria, hinc verò publica negocia nos angebant, nec lo
cus supererat vt seris studijs incumbere possemus, ludo se
ria posthabuimus, atq; ita ludentes, id qualecunq; nego=
cium exorsi fuimus: sensimq; adeò noster excanduit ani=
mus, exarsitq; musa, vt diutius poëtico durãte furore, tan
dem ad vmbilicum hoc opus perduceretur. Non quidem
tanta cum dignitate & splendore, vt Græca aut æquare
aut vincere poßit, sed non penitus contemnendum, con=
tentiq; fuimus tam egregium autorem (cuius eruditionem
Cicero ipse laudibus extollit: dum hominem ab agro re=
motißimum, præclaræ admodum de rebus rusticis, poëti=
ca quadã facultate scripsisse admiratur, & Fabius Quin=
tilianus frustrà hunc sequutos esse Macrum, atq; Vergi=
lium asseueret,) Romano vtcunq; munitum cothurno, in
publicum Romani theatri spectaculũ prodijsse. Nam quo=
niam id vepribus, & spinis, innumerisq; saxis scatet, dum
quis Græco indutus cothurno illac iter fecerit πᾶς λίθος
πταίοις ποτ' ἀρβιλίδεσιν ἄλλῃ impingit (inquam) ad ob=
uium quenq; lapidem, ac veluti incalceatus vepriũ, & spi
narũ occurrit iniuriæ. Græcũ enim theatrũ longè magis
politũ, & explanatũ est, neq; tot habet, quibus impingas
obices. Et sanè iam his dudum elapsis annis Nicander hic
noster, Romanis cothurnis assuescere cœpit; quam gratiam
Io. Gorræo medico Parisiensi imprimis debet, qui eius
Alexipharmaca, hoc est, venenatis potionibus aduersa
medicamenta, felicißimè Latino carmine vertit. Quare
gratulamur studiosis, quòd omnia, quæ extant huius au=
toris monumẽta Latinè legere poßint, cùm multi sint qui
Græcas musas ne à limine quidem salutauerint, & qui Græ
carum literarum fuerint [illegible]iari, non pauca suo gustui gra=
ta com

ta comperient in Latina versione, quæ ad penitißima, abditaq; maximè huius autoris sensa capescenda non mediocre collatura sunt auxilium. Gratulamurq; etiam tibi priuatim Magnifice Bernarde quòd nostram ob causam studiosi tum nomen & suspicient, & altius euehent, quoniam tam grauißimo autori in lucem emittendo, dexteram tuam auxiliatricem præbueris. Vale Mœcenas optime, & vt cœpisti bonos studiosorum conatus adiuuare, perge bonis auibus. Nihil enim ardentius Deum Optimum Maximum exorare studiosi aut debent, aut possunt, quàm vt tibi longam fœlicemq; vitam cōcedat, aliosq; decem tibi adiutores in hac excitet Republica, qui eam iamiam collapsuram subfulcire poßint.

In Nicandrum autoris Epigramma.

Νίκανδρος μὲν ἔην πολλῶν αὐτάξιος ἄλλων
    Καὶ γὰρ ὁ μάντις ὁμῶς κ' ἰατρὸς ἠδ' ἱερεύς.
Κοινὰ δὲ πάντα τάδ' ἀλλήλοις κ' οὐκ αὔτυπα τεῦχε
    Ζεῦς ἀγαθὸς μουσῶν, ἠδ' ἑκάτοιο γονεῦς.
Τῶν καὶ ἀκεστορίης ἔσκεν κορυφαῖος Ἀπόλλων
    Ποιητής τε μέγας μαντοσυνῶν τε πατήρ.
Οὐχ ἄρα πάντ' εὕρῃς εἰ μὴ ἐν ἀμύμονι φωτὶ
    ᾧ τε χορὸς μουσῶν ἄφθονα πάντα πόρεν.

NICANDRI COLOPHONII POETÆ ET MEDICI ANTIQVISS. clarißimique Theriaca.

INTERPRETE ET ENARRATORE PETRO IACOBO STEVE MEDICO Valentino, ad Magnificum dominum Bernardum Cimonem Patritium Valeñ.

Ρεῖά κέ τοι μορφάς τε σίνη τ' ὀλοφώϊα θηρῶν
Απροϊδῆ τύψαντα, λύσιν θ' ἑτεραλκέα κήδευς
Φιλ' Ερμησιάναξ πολέων κυδίστατε παῶν
Εμπεδα φωνήσαιμι, σὲ δ' ἂν πολυεργὸς ἀροτρεῦς.
Βουκαῖος τ' ἀλέγοι, καὶ ὀρειτύπος, εὖτε καθ' ὕλην
Η καὶ ἀροτρεύοντι βάλη ἔπι λοιγὸν ὀδόντα,
Τοῖα προφραδθέντος ἀλεξητήρια νούσων.



Aud equidem longo expediam tibi carmine formas
Omnigenosq; ictus, funestaque damna ferarum,
Quæ rabido poßũt, malè cautos perdere morsu.

Adnectẽs etiã quæcunq; his pharmaca prosũt,
Chare Ermeſianax, noſtro q ex ſanguĩe ſurgis,
Inclyte, quo poßis gratus meſſoribus eſſe,
Et qui ligna ſecant, altis creſcentia ſyluis,
Atq; armenta boum ductant per paſcua læta.
Cùm videant per te, tanto ſe munere dites,
Vt poßint validis ſeruare amuleta venenis,
Quæ inflixêre feræ lethali dente petitis.

Proponit ſtatim in prooemio Nicander, de quibus potißimum agere inſtituat: de morſibus nimirum animalium, quæ venenum eiaculantur. Atq; pollicetur ſe non nudam hanc tractationem relicturum, ſed omnia accuratè enarraturum, quæcunq; tum ad ſymptomata virulentorum, tum ad notas, delineationesq; ferarum, tum ad amuleta, quæ aut cathelica, aut priuata cuilibet ferarũ generi ſunt, ſpectare videbũtur. Et quoniam hac tractatione maximè gratificatur agricolis, lignatoribus, bubulcis, & huiuſmodi hominibus, qui rei agreſtis curam gerunt, propterea cùm nũcupat hæc theriaca Ermeſianacti conſanguineo, nõ exiguam laudem illi conciliaſſe arbitratur, nec honorem contemnendum, ſi honorificè ab ipſis excipiatur. Maximam nanq; fuiſſe olim rei ruſticæ curam, maximumq; nomen ex agricultura veteres ſibi comparaſſe teſtis eſt Cato. Nam antiqui virum bonum cùm laudabant, ita laudabant bonum agricolam, bonumq; colonum, atque optimè laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. Eſt autem hic poëta inter

ta inter Græcos celeberrimus, qui vt ſpreuit ſemper verboſitatem poëtis familiarem, ac illam inutilem περιεργίαν, *qua alij vndiq; abundant; nihil quod ad artificium oratorium ſpectare videatur prætermittit. Nam ſtatim in initio proponit ea de quibus tractationem inſtituit; attentosq; maximè reddit lectores: commonſtrans, quibus hæc ſint vſui futura: deinde protinus ad narrationem ſe confert. Sunt autem huius autoris carmina ſuccincta, ſenſuq; grauida, ex quibus quantum ex textura demes, tantundem etiam ex ſententia: quam laudem Philoni ſapientiſsimo audio imprimis fuiſſe tributam. Quare non potuit commodè fieri, vt numerus carminũ in hoc proœmio par eſſet cum Græcis, alioqui id perpetuo ſeruaturi in poſterum, nunc enim maluimus exornare paululum operis faciem.*

Ἀλλ' ἤτοι κακοεργὰ φαλάγγια σὺν καὶ ἀνυγροὺς·
Ἑρπηστὰς, ἔχιάς τε, καὶ ἄχθεα μυρία γαίης
Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος, εἰ ἐτεόν περ
Ἀσκραῖος μυχάτοιο μελισσήεντος ἐπ' ὄχθαις
Ἡσίοδος κατέλεξε, παρ' ὕδασι περμησσοῖο.

Sunt igitur primũ male fida phalangia, et atra,
Sæuaq; reptilia, ac ſexcenta ferocia monſtra,
Nata gigantæo de ſanguine: ſi modò verum,
Aſcræus cecinit vates, iuxta ora fluenti,
Mellea Permeſi ſacro ex Helicone ruentis.

Narrationem virulentarum ferarum auspicatur à diuisione, ipsas partim ex gigantum sanguine natas perhibens, partim verò Dianæ ira, ac odio immissas. Hæc autē fabulosa historia nō tantum facit ad rem, quantum ad demulcendas legentium aures, nisi volueris, arrectis mentis auribus, oculisq; omni caligine expurgatis, penitius intueri, quid nam illa gigantū fabula ænigmaticæ veritatis contineat, quod nos tanquam περιεργότερον *nunc reticebimus: contenti tantum, cōmonuisse lectorem, phalangia araneorum esse genus inuisum, de quibus in calce libri abūdè Nicander aget; priuatim vnumquodq; ipsorum genus delinians. Scholiastes verò Græcus non rectè speciem paruorum anguium phalangia esse dixit. Interim tamen non est omittendum Acusilaum Græcū autorem ex sanguine Typhonis venenata omnia pullulasse putare: Apollonium autem Rhodium in fundatione Alexandriæ, ex guttis quæ fluebant de capite Gorgonis. Quin nec illud est sine adnotatione prætermittendum, quod nos multoties animo pendere coëgit: scriptum apud autorem* πὰρ ὕδασι περμησσοῖο. *putantibus nobis lubricum esse lapsum pro* παρνησσοῖο, *nec nobis tantum, sed eorum, quos licuit videre autorum bonæ parti, cùm tamen rectè legatur* περμησσοῖο. *Nam vt autor est Strabo Geographiæ lib. 9. Permessus, & Olmeus fluuij ex Helicone fluunt: in vnumq; permixti in eundem Copaidem locū penes Haliartum incurrunt. Hic igitur est fluuius Permesus de quo agit Nicander ipsum* μελισσήεντα *vocans, quoniam ille fuerat locus in Helicone, in quo inuenerat Hesiodus Musas, aut ab apium multitudine dictum, ob amœnitatem & florum flagrantiam, aut à Rege quodam Melisso ita nuncupatum. Habitabat enim Hesiodus*

oppidulum

oppidulum Aſcram nomine, de quo ipſe ſcripſerat ad Perſem fratrem ſuum, mentionem faciens de patre.

Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. id eſt.

Hic Helicona colens dura degebat in Aſcra.
Implacida bruma, graui & æſtu, ſemper iniqua.

Τὸν δὲ χαλαζήεντα κόρη Τιτηνὶς ἀνῆκε
Σκορπίον ἐκ κέντροιο τεθηγμένον, ἦμος ἐπέχρα
Βοιωτῷ τεύχουσα κακὸν μόρον Ὠαρίωνι,
Ἀχράντων ὅτε χερσὶ θεῆς ἐδράξατο πέπλων.
Αὐτὰρ ὅγε στιβαροῖο κατὰ σφυρὸν ἤλασεν ἴχνος,
Σκορπίος ἀπροϊδὴς, ὀλίγῳ ὑπὸ λᾶϊ λοχήσας.
Τοῦ δὲ τέρας περίσημον ἐν ἄστρασιν ἀπλανὲς αὔτως
Οἷα κυνηλατέοντος ἀείδελον ἐστήρικται.

Attamen ipſa nepam quondam Titania diua
Protulit, inſana geſtantem ſpicula cauda:
Bœotum quo poſſet amara morte Oriona
Perdere, ſacratũ quoniam contingere peplum
Amens auſus erat: latitans ſub cotibus ergo
Incauto inſidias ſtruxit: veſtigia pungens.
Quem poſtquam extinctũ crudeli funere vidit,

Iuppiter in cœlū rapuit venantis ad instar.

Cùm fabulosè primam diuisionis virulentorum partem sit persecutus, non videtur ab re, alteri parti fabellam attexuisse. Est autem notissima hæc fabula; Dianam Orioni *iratam, aut quòd esset ab eo petulanter prouocata, aut quòd impiè, & per iocum cōtrectasset vestes ipsius, hanc pestem immisisse, quæ tolleret* Orionem *incautum.* Titaniam *autem vocauit* Dianam: *quoniam* Latonæ, & Cæi gigantis *filia credatur.* Cæterum *peremptum* Oriona *inter astra locatum à* Ioue *referunt, præfulgidis stellis decoratum, propterea* περίσημον τείρας *huius* Orionis *sydus* Nicander *dixit, atq;* ἀείδελον, *per antiphrasim, cùm sit insigne, nobile, ac fulgentissimum, quem qui tuendo nocte serena contempserit (vt inquit* Aratus*) non speret se par sydus cernere posse in cœlo. Cuius carmina, quoniam in libro secūdo, morborū vulgariū in præfatione, nos exposuimus, non est opus iteratò eadem in hoc loco inculcare.*

Ἀλλὰ σύ γε σταθμοῦ τε καὶ αὐλίου ἔρπετα φύγδην
Ῥηϊδίως ἐκ πάντα διώξεαι, ἢ ἀπ' ἐρίπνης,
ἠὲ καὶ αὐτοπόνοιο χαμευνάδος, ἦμος ἀν' ἀγροὺς
φεύγων αὐαλέου θέρεος πυρόεσσαν ἀϋτμὴν
Αἴθριος ἐν καλάμῃ στορέσας ἀκρέσπορος εὕδῃς.
ἢ καὶ ἀν' ὑλήεντα παρὲκ λόφον, ἢ ἀνὰ βήσσης
Ἐσχατιὴν, ὅθι πλεῖστα κινώπετα βόσκεται ὕλην
Δρυμοὺς καὶ λασιῶνας ἀμορβαίους τε χαράδρας.

Καὶ

Καὶ τε παρὲξ λιστρωτὸν ἅλω δρόμον, ἠδ' ἵνα ποίη
Πρῶτα κυϊσκομένη σκιάει χλοάοντας ἰάμνους.

Sed tu perfacilè ex ſtabulis, aut caulibus oẽs
Longè arcere feras poteris, ſeu dormis in alto
Vertice, ſeu potius recubas ſubnixus aceruo
Culmorũ molli, tua quem tibi dextra parauit:
Dum fugis ardentes, quos fundit Sirius æſtus.
Seu tu ſyluoſos tumulos, valleſq; profundas
Luſtrando graderis (loca ſemper plena ferarũ)
Seu querceta colis, denſa, aut torrentis opaca,
Seu magis oblectet tereti exæquata cylindro
Area, ſeu potius prati capiaris amore,
Quod laſciua ſolet plantæ decorare venuſtas.

Tanta eſt Græcæ linguæ facundia, tam lautus verborũ apparatus, vt qui Latij ſermonis arctatam elegãtiam cum ipſa contulerint, mediocrem aliquam ſuppellectilem, cum Crœſi opibus cõtuliſſe videantur. Propterea ſemper conſulo, vt Græcæ linguæ autores Græcè legantur, ſi fieri queat: cùm non poßit, tota orationis vis in aliam linguam, præſertim anguſtiorem transfundi: quod factum ſanè in præſentia videre queas. Nam cùm Nicander non ſine maximo artificio, loca omnia, in quibus nos tutos ab incurſibus ferarum ſeruare debemus, nũc recenſeat, ſingula ver-

ba ita disquisiuit sensu grauida, vt paucis carminibus multa includere posset. Ita sanè ἐρίπνην dixit, quæ vox montis fastigium significat παρὰ τὸ ἐπιπνεῖσθαι, id est, quod ventis abundè perfletur: significat etiam cauas, profundasq́; montium partes παρὰ τὸ ἐπιπεῖναι ἤγουν πεσεῖν, καὶ κοιλωθῆναι, id est, quod huiusmodi partes cecidisse excauatæq́; esse videantur. Significat tertio fragmen, montisq́; scissuram, παρὰ τὸ δοκεῖν ἐρίπεσθαι, id est, quod ruinam minari videatur. Ex his autem dictionis huius significatis, qui Græca transfert, vnam tantum, quæ magis arriserit eligere debet: cùm desit in Latina lingua dictio, quæ perinde vt hæc multiplicis sit significationis. Quin & βῆσσα nomen est πολύσημον, nam & saltum significat, & locum maximè peruium, altum & conspicuũ, cauitatem etiam irriguam & locum, qui inter duos montes iacet, vallis instar. Iam verò ἀμορβαίης χαράδρας, aut pascua loca dixisse voluit; aut obscura opacaq́; torrentium. Nos verò semper quantum potuimus conati sumus vt seruaretur in Latio Nicandri integra mens.

Τῆμος ὅτ' αὐαλέων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας
Μῶλυς ἐπιστείχων, ὅτε φωλεὸν εἴαρι φεύγων
Ὄμμασιν ἀμβλώσσει, μαράθου δὲ γυήχυτος ὄρπηξ
Βοσκηθεὶς, ὠκύν τε καὶ αὐγήεντα τίθησι.

Scilicet id quando deposto lentus amictu
Incedit serpens: ac linquens vere latebras

Captus

Captus & ipse oculis; auidè fœnicla requirit
Quis pastus reparet pereuntia lumina visus.

Exponit obiter quando sibi cauere maximè debent homines ab incursibus serpentium venenatorum, quando scilicet vere primo exeuntes de latibulis deponũt senectam: quærũtq; fœniculi germina, quibus pastis poßint sibi oculis mederi. Nam ex longa per hyemem in latibulis mora torpescentibus sensibus, visus etiam amittitur. Quare autem tunc venenum maximè vigeat, crediderim sanè esse ideo, quia non sit dißipatum, sed per hyemem totam in se ipso consotum. Nam in morsibus virulentorum id liquido compertum est, primum ictum esse robustißimum, maximiq; veneni, deinde verò alios sensim flaccescere.

Θιμβρείω δ' ἐξελάσεις ὄφεων ἐπιλωβέα κῆρα
Καπνείων ἐλάφοιο πολυγλώχινα κεραίην.
Ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων ἐγγαγγίδα πέτρην,
Ἣν οὐδὲ κρατεροῖο πυρὸς περιδαίνυται ὁρμή.
Ἐν δὲ πολυσχιδέος βλήτρου πυρὶ βάλλεο χαίτην
Ἤ σύγε καχρυόεσσαν ἑλὼν περιθαπέα ῥίζην
Καρδάμῳ ἀμμίξας ἰσοελκέϊ, μίσγε δὲ ἐνόδμον equalis ponderis
Ζορκὸς ἐνὶ πλάστιγγι νέον κέρας ἀσκελὲς ἱστάς
Καὶ τε μελανθείου βαρυαέος, ἄλλοτε θείου,
Ἄλλοτε δ' ἀσφάλτοιο φέρων ἰσοελκέα μοῖραν.

Ergo procul pelles ſerpentum dira venena,
Dura adolens igni ramoſaq́; cornua cerui.
Interim & exuctam cōburens Gangida petram
Vincere quam nunq̃ potuit validiſsimus ignis.
Multifidæ filicis addes quoq; germina pulchræ;
Aut radicem indes guſtu libanotidis acrem
Cardama cui fuerint æquali pondere mixta.
Atq; pari mole iugulatæ cornua damæ,
Tantundem & nares ferientis odore melanthi
Aſphaltiq; feres pariter cum ſulfure miſti.

Incipit recenſere medicamēta, quibus in vniuerſum venenata, potiſsimumq́; ſerpentes fugantur, antipathia quadam naturæ. Eſt autem aduertendum plurimos lapſos eſſe in hac parte, putantes, θιμβρὴν à Nicandro poſitam vocem, eſſe nomen herbæ, quam ſaturegiam dicunt Latini. Sed falluntur maximè, fœdeq́; labuntur, cùm θιμβρὴ ſit epiteton veneni ſerpentum, ſignificat autē feruidum & acutum; quod & Scholiaſtes animaduertit, adferens ex Callimacho autoritatem: θιμβρὴς κύπριδος ἁρμονίην, id eſt, feruentis Veneris harmoniam. At Euphorion dixit θιμβρήν τε σεμίραμιν, id eſt, feruefcentem, ac ſalacem Semiramim. Hoc vnum tamen poſſet omnem ambiguitatem tollere: quod ſaturegia, à Græcis nō θιμβρὰ per iota, ſed θύμβρα per ypſilon dicatur: neq; accentu in vltima ſyllaba, ſed in primā potius retracto. Gangida petram.] Hic lapis, quem

γαγγίδα

γαδίδα seu ἐδαίδιδα vocauit Nicander, Gagates est, qui nasci solet in Cilicia, qua influens amnis in mare effunditur, proximè oppidum, quod Plagiopolis dicitur. Vocatur autem & locus, & amnis Gagas, in cuius faucibus ij lapides inueniuntur. Inuentus est hic lapis apud nos in radicibus montis excelsi, quem nominant Palomitam, iuxta oppidum Cantauellam nomine; quem effodiūt in campo quodam vberrima copia. Cognitúsque his diebus fuit, deuectusq́; ad nos à perito quodā iuuene Apparitio, quem nos in herbaria re instituimus. Hic enim videndarum stirpium gratia illuc se contulerat; quoniā nos his elapsis annis cùm loca illa lustrassemus, comperimus sanè herbis miris consita prata, vallesq́; amœnißimas. Est autē citra controuersiam Gagates lapis nostras hic, nulla reclamante nota, miraq́; in hac re est naturæ prouidentia, quæ semper morbo aptat auxilium. Nam solum illud viperarū scatet tanta copia, vt ex harum venatione quæstum faciant multi homines. Cæterum quod dixit: nunquam ab igne vinci hunc lapidem, ideo fortasse dixit quia eiusmodi bitumen intra terram in multis locis perpetuò ardeat: vel quòd magi, qui illo vtūtur in ea, quam vocant axinomantiam, negant (vt scribit Plinius) peruri, si res ex votis cessura sit. Libanotidis.] καχρυόεσσαν vocauit radicem libanotidis fœcundæ potißimum, quoniam hæc semen ferat κάχρυς nomine, vt Dioscorides inquit. Nec est audiendus hac in parte Scholiastes, qui affirmet καχρυόεσσαν nuncupatam esse hanc radicem propterea quod ordei radici similis sit, quid enim ineptius dici potuit? Cardama.] Nasturcia Latinè, æquè autem nota sunt Græco, ac Latino nomine.

Ἠὲ σύγε θρηΐκιον ἐνὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν

Ἥθ' ὕδατι βρεχθεῖσα σελάσσεται, ἔσβεσε δ' αὐτὴν
Τυτθὸν ὅτ' ὀδμήσηται ἐπιῤῥανθέντος ἐλαίου.
Τὴν ἀπὸ Θρηϊκίου νομέες ποταμοῖο φέρονται
Ὃν πόντον καλέουσι τόθι Θρηΐκες ἀμορβοὶ
Κριοφάγοι, μήλοισιν ἀργηλοῖσιν ἕπονται.

Aut tu Thraïcium combures igne lapillum,
Conspersus gelida subitò qui accenditur vnda:
Extinguiq; solet, modicum si sentit oliuum.
Quemq; tulere feri proprio de flumine Thraces;
Quod pontū vocitāt, vbi magna armēta sequun
Carniuori pecudū ductores, atq; magistri. (tur

Thracius lapis ex genere Gagatis est; neque enim aliud sunt huiusmodi lapilli, quàm bitumen concretum, interim maiorem, interim verò minorem terræ mixturam admittens: atq; pro locorum differentia in quibus effoditur, varia sortitur nomina. Nam in Lycia ad Gagas oppidum, Gagates dicitur: vt Dioscorides est autor; in Mesopotamia, Gangitis, quod fatetur Strabo: in Pieria, terra Ampelitis, ad pontum Thraciæ fluuium, Thracius lapis, in Samothrace insula, Samothracia gemma, vt Plinius affirmat: potißimum si sit Politus lapis. Eiusdē est generis & Obsidianus lapis, bitumen scilicet durum, in India & AEthiopia nascens, inuētum ab Obsidio, cuius fortasse naturæ est, quod in Gallecia vberrima effoditur copia, ex quo imagines solidæ

lidæ satis formantur, Hispani Adzabecham vocant. Sed vt ad Thracium lapidem reuertamur, dixit Nicander hunc aqua accendi, & oleo extingui, non sanè quòd aqua temerè conspersus efferuescat, sed quòd semel accensus, si inspergatur aqua dilucidius ardeat, quòd nimirum bituminosæ partes aqua solidentur, cùm oleo statim soleant eliquari, quod vsu euenit in Gagate ac alijs omnibus bituminosis lapillis.

Ναὶ μὴν καὶ βαρύοδμος ἐπὶ φλογὶ μοιρηθεῖσα
Χαλβάνη, ἄκνηστίς τε καὶ ἡ πριόνεσσι τομαίη
Κέδρος πολυόδουσι κατατμηχθεῖσα γενείοις,
Ἐν φλογιῇ καπνηλὸν ἄγει, καὶ φύξιμον ὀδμήν.
Τοῖς δὴ χήραμα κοῖλα καὶ ὑλήωρέας εὐνὰς
Κνώσσεις, δ' ἀπέδῳ δὲ πεσὼν ὕπνοιο κορέσσῃ.

Præterea in flamma tetrum spirantia odorem
Chalbana, & Acnestis, dentatis sectaq; serris
Cedrus, vt ipsa scobem referat tenuata minutũ.
Hæc mãdata igni pellent procul omne venenũ.
Ac tu lustra caua, & syluosa cubilia tergens,
Fusus humi poteris dulcem captare soporem.

De Acnesti nihil habeo quid dicam certi. Scoliastes dictam ἄκνηστιν voluit, quasi πολύκνηστιν: vt ἀ, non sit priuatiua particula, sed augeat potius significationem, quemadmodum

admodum apud Homerum ἄξυλος ὕλη dicitur, quasi πολύξυλος. Quare nõnulli vrticam intelligunt per eam vocem: quoniam pruritum atrocem moueat, κνήθειν enim scalpere significat. Tyranniõ arbitratur Nicandrum potius Acnestim vocasse scillam. Apollonius autẽ Memphites cneorũ seu cnestrũ, scilicet thymeleam potius per eam vocem intelligi voluit. In tanta autẽ autorũ cõtrouersia difficile sanè est, propriam velle sententiam proferre, quæ non firmetur rationibus validis, sed tantũ coniectura. Sed vt id obiter moneamus, Græci ἄκνηστιν brutorum spinam vocant, quoniam scalpi ea pars ab ipsis non poßit, interdum verò & hominum spinam significat id nomen: quemadmodum apud Homerum, κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα.

Εἰ δὲ τὰ μὲν καμάτου ὑποδύεται, ἄγχι δέ τοι νὺξ
Αὐλιν ἄγει, κοίτου δὲ λιλαίεαι ἔργων ἀνύσσας
τῆμος, δὴ ποταμοῖο πολυῤῥαγέος κατὰ δίνας
ὑδρηλὴν καλάμινθον ὀπάζεο χαιτήεσσαν,
Πολλὴ γὰρ λιβάσι πὰρ ἀέξεται, ἀμφί τε χείλη
Ἕρπεται, ἀγραύλοισιν ἀγαλλομένη ποταμοῖσιν.

Quod si dicta tibi magno constare videntur,
Noxq́; etiã suadet placidæ dare mẽbra quieti,
Tunc poteris madidã vicinũ versus ad amnem
Vellere frondosam nepetam, quæ crescit in ipso
Littore luxurians, rapidoq́; inspersa liquore
Exultat semper lautis sociarier vndis.

Hactenus

Hactenus suffimenta quibus abiguntur nocuæ bestiolæ recensuit: nunc iam ad stramenta se confert, dinumerans plantas, quibus solum substerni debeat, quo animalcula huiusmodi procul fugari possint. Ac primũ calamintham ex littore amnis, aut fontium faucibus decerptam, solo sternendam esse iubet. Latini hanc nepetam vocant, quanquam alterum ipsius genus priuatim hoc nomine donarint, sed omnes huius species in vniuersum ad id negotium accommodantur, vt Dioscorides affirmat. Quare superfluum illud fuerit, quod Scholiastes adnexuit, ὑδρηλὴν, id est, madidam dixisse Nicandrum, quoniam sit ex huius generibus fluuiatilis, sit & montana. Atqui hæc sunt poëticæ lepori condonanda.

ἢ σύγ᾽ ὑποστορέσαιο λύγον πολυανθέα κόψας
ἢ πόλιον βαρύοδμον, ὃ δὴ ῥίγιστον ὄδωδεν.
Ὡς δ᾽ αὔτως ἔχιον ὀριγανόεσσά τε χαίτη.
Καὶ μὴν ἀβροτόνοιο τότ᾽ ἄγριον οὔρεσι θάμνον.
Ἀργεννὴν ὑπὸ βῆσσαν, ἢ ἑρπύλλοιο νομαίου,
Ὅς τε φιλόζωος νοτερὴν ἐπιβόσκεται αἶαν,
Ῥιζοβόλος λασίοισιν ἀεὶ φύλλοισι κατηρής.
Φράζεσθαι δ᾽ ἐπέοικε χαμεζήλοιο λονύζης.
Ἄγνου τε βρύα λευκά, καὶ ἐμπρίοντ᾽ ὀνόγυρον.
αὔτως τε βρύχοντα ταμὼν ἀπὸ κλήματα σίδης
Ἠὲ καὶ ἀσφοδέλοιο νέον πολυαυξέα μόσχον,
στρύχνον τε, σκύρα τ᾽ ἐχθρά, τά τ᾽ ἤια σίνα βρότῳ

ἦμος

Ἦμος ὅταν σκιρόωσι βόες καυλεῖα φαγοῦσαι.
Ναὶ μὴν πευκεδάνοιο βαρυπνόου, ὅττε καὶ ὀδμὴ
θηρί' ἀποσσεύει τε, καὶ ἀντιόωντα διώκει.
Καὶ τα τῶν εἰκαίῃ πρόσθευ καὶ ἀγραυλεῖ κοίτῃ.

Vel viticem sternes florenti ex arbore cæsum,
Aut poliũ grauiter redolens, aut aspera vellens
Germinaq; Alcibij, mõtanaq; origana carpens.
Quin etiã abrotoni faciẽt huc germina agrestis,
Læta in valle alti, ac pariter pascentia latè
Humentem serpilla soli viuacia glebam:
Quæ denso folio, ac firmis radicibus hærent.
Nec decet immemorem tenuis tunc esse conyzæ;
Floribus incani viticis, scabri'ue onogyri,
Scindere quin prodest, quẽ fundit punica ramũ
Asphodeliq; nouũ conuellere grande cacumen.
Inde solano addes scyra vere inimica bubulcis
Quando armenta boum furijs agitata feruntur.
Atqui & Peucedanũ cõducet frõde comosum,
Quod poterit longè funesta repellere monstra:
Sed tamen in summa sunt hæc sternenda cubili.

Omnes herbas, quæ ſubſtratæ fugare procul noxia animalcula poſſunt, recenſet. Sunt autem ſatis cognitæ plantæ, ſi demas onogyrum, quæ herba niſi anagyris ſit Dioſcoridis, nomine ſaltem incognita nobis eſt. Et ſanè nõ alia eſt, nam & eam anagyrõ nominari ipſemet teſtatur. Quin & ſcyra incognita etiã ſunt; neq; de his quid certò ſtatui debeat habeo: quidam rubiam eſſe putant: ſed nõ eſt compertum in rabiem moueri vere armenta, guſtata hac planta. Nicandri interpres plurima, dum expendit has plantas, abſurda ſcribit: veluti in Echio: neq; videtur in re herbaria admodum eruditus. Quare huius autoritas apud me non eſt magni momenti.

Ἀλλὰ δὲ φωλειοῖσι τὰ δ' ἐμφράξαιο χελείαις.
Εἰ γὰρ μὲν οὖν τεῦχος κεραμήϊον, ἠὲ καὶ ὄλπην
Κεδρίδας ἐνθρύπτων λιπόοις εὐήρεα γυῖα,
Ἢ καὶ πολυκεδραίνοιο βαρυπνόου, ἄλλοτ' ὀρείου
Ἄνα καταψήχοιο λίπει ἐνὶ φύλλα κονύζης.
Αὕτως δ' ἀλθήεντα ἐλελίσφακον, ἐν δ' ἔτι ῥίζαν
Σιλφίου, ἣν κνιστῆρι καταβρίψαιαν ὀδόντες.
Πολλάκι καὶ βροτέων σιάλων ὑπέβρεξαν ὀδμήν.

Ergo feras poteris fœdis concludere luſtris:
Si tu pingue cedri carpas ex arbore ſemen,
Ac pila hoc tunſo teneros illeueris artus.
Seu mage peucedani placeat, ſeu mõtis alũnæ

Germina sicca simul miscere terenda conyzæ:
Saluiaq́; haud aliter succo donata salubri
Profuit; & silphi radix conscissa minutim.
Sæpe etiam fugiũt redolens graue pingue suilli

Postquam recensuit Nicander suffimẽta, atq; stramen ta, quibus bestiolæ virulentæ abiguntur, iam linimẽta pro ponit, quibus inungens corpus, tutus dormire poßis i agris. Tanta est enim horum limimentorum facultas, vt v nenata animalia nõ audeant foras è latebris erumpere, se in ipsis perinde ac si obsepta fuerint contineantur. Prim ergo vnguenti genus, ex cedri fructibus paratur, contriti in olla; est enim non exigua facultas ipsorum ad fugando serpentes: sed Dioscorides ex adipe, aut medulla ceruin inungi corpus iubet vnà cũ ipsis. Secundum linimentũ e peucedano, aut mõtana conyza conflatur, cũ cedri fructi us simul intritis. Tertiũ ex saluia & silphij radice. Qua tũ ex salita carne suilla, qua vtũtur & nostrates mulieres ad excitandos sericos vermes, quo auidius conscendant, a id negotium substrata arbustula, ac serico nauent operam

Εἰ δὲ σύγε ῥίψας ὀλίγῳ ἐν βράμματι κάμπην
Κηπαίην δροσέοσαν, ὑπὲρ χλωρηΐδα νώτῳ.
Ἠὲ καὶ ἀγριάδος μαλάχης ἐγκύμονα καρπὸν,
Γυῖα πέριξ λιπάσειας, ἀναίμακτος καὶ ἰαύοις.

Quod si tu intrita feruente liquamine campe
Incola quæ hortorum dorso viridante notatur,

Au

Aut maluæ agrestis solitæ grandescere, fœtu
ircum membra linas, tutò satiabere somno.

Quintum hoc linimentum ex Campe, non qualibet sed ortēsi, quæ dorsum viride habeat, parari debet. Est autē ampe vermiculus, qui rodit plantas, multiplicis generis, natura, Latini crucam vocāt, inter quas quæ pineta inplunt perinde vt cantharides venenatæ sunt, facultatis rodentis & putrefactoriæ. Quidā, vt Scholiastes adnouit in hac parte, herbæ genus quoddā Campen esse putaunt, quibus nō est assentiendū. Sed hanc liquamine intriam iubet admoueri. Dixit autē ἐν βράμματι, quod nomē ūm sit à verbo βράζω deductū, significat apertè ius ipsum uod efferbuit; nam βράζειν aqua dicitur cum feruendo ruit. Quod si legamus βάμματι à verbo βάπτω, significabit quorem omnem, quo quid intingitur; & quoniā frequenr dapes aceto intingūtur, nōnulli pro aceto desumūt, alij l q̄d Græci alio noīe ὀξύκρατον, Latini verò poscam vocāt, gnificare volūt: acetū inq̄, aqua temperatū, atq; dilutū.

ἤχεο δ' ἐν στέρνῳ περιβαλὼν μυλοεργέα θυείης
ἄλλοτε ἀβροτόνοιο δύω κομόωντας ὀράμνους,
καρδάμμῳ ἀμίγδην, ὁδελοῦ δὲ οἱ αἴστον ἐλαίῳ.
ν δ' ἐχεροπλήθει καρπὸν νεοθηλέα δαύκου,
ἀφαίνειν τριπτῆρι, τὰ δ' προχοῇδ' εα πλάσσων
ερσαι ὑποσκιόεν βαλὼν ἀνεμώδεϊ χώρῳ.
ναι δ' ἐν ὄλπῃ θρύπτε, καὶ αὐτίκα γυῖα λιπαίνοις.

Nec secus & pilæ collectos ventre capaci,
Egregij abrotoni caules contundito binos.
Cardama mixta ferens, oboli pendentia pōdus
Adde etiam dauci quantū comprendere pugn
Poßis, & in globulos mox hæc glomerata rotū-
Aprico perflāda loco siccabis in vmbra, (dos
Quâs oleo intritis liceat tibi inungere corpus.

Pastillos cōflare docet, aduersus venenata animalia maximi momenti, quibus oleo intritis iubet corpus esse illinendum. Sed interim plantæ, ex quibus conflantur diligenter sunt examinandæ, primumq; abrotomum, quod duûm est generum, alterum fœmina, mas verò alterū, multò generosius, quare egregium ipsum nominauit Nicander. Et quidem apud nos surgit, quàm fœmina valentioris odoris, feruentiorisq; gustus, Broidam vulgò nominant olitores. Nascitur autem in montibus multò præstantius, potißimū apud montem quem Penyagolosam vocāt, vbi nos his elapsis annis maxima copia erumpentem conspicati sumus. Quin & Daucus cùm sit multorum generū, præstantior tamen est Creticus: qui etiam apud nos surgit vberrimè in montibus myrteis: qui nomen etiam dederūt cœnobio Hieronymiano, sub patrocinio virginis Myrteæ intemeratæ. Cæterum hæc omnia vbi pistillo trita accuratè fuerint in pastillos redigēda sunt, siccandaq; seorsum à sole, in loco ventis exposito, ne solis facultas humorē maximè ad rem facientem sugendo hauriat: demumq; siccati pastilli oleo

soluti

oluti ad vngendum corpus erunt accommodati. Quod nim ipse dixit: ἐν ὄλπῃ θρύπτε, id est, in lecytho tere, συν-εκδοχικῶς, per vasis genus, oleo leuigandos esse pastil-los significare voluit. ὄλπη enim vas olearium significat, quo vtebantur potißimum athletæ.

Ἤ γε μὲν ἐκ τριόδοιο μεμιγμένα κνώδαλα χύτρῳ
Ζωὰ, νέον θορνύντα καὶ ἔνθορα τιάδε βάλλοις
Δήεις ὀλλυμένοισιν ἀλεξητήριον ἄτοις.
Ἐν μὲν γὰρ μυελοῖο νεοσφαγέος ἐλάφοιο,
Δραχμάων ζίφαζυ δεκάδος καταβάλλεο βρῖθος,
Ἐν δὲ τρίτην μοῖραν ῥοδέου χροὸς, ἥν γε θυωροὶ
Πρώτην μεσσατίην τε πολύτριπτον καλέουσιν.
Ἰσόμορον δ' ὠμοῖο χέειν ἀργῆτος ἐλαίου.
Τετράμορον κηροῖο. τὰ δ' ἐν περιηγέϊ γάστρῃ
Θάλπε κατασπέρχων, ἐς ἂν περὶ σάρκεσιν ἀκάνθης
Μελδόμεναι θρύπτωνται, ἔπειτα δὲ λάζεο τυκτὴν
Εὐεργῆ λάκτιν, τὰ δὲ μυρία πάντα ταράσσειν
Συμφύρδην ὀφίεσσιν, ἑκὰς δ' ἀπόεργε ἀκάνθας.
Καὶ γὰρ ταῖς κακοεργὸς ὁμῶς ἐνιτέτροφεν ἰός.
Γυῖα δὲ πάντα λίπαζε, καὶ εἰς ὁδὸν, ἢ ἐπὶ κοῖτον
Ἢ ὅταν αὐαλέου θέρεος μεθ' ἁλώϊα ἔργα
Ζωσάμενος, θρίναξι βαθὺν διακρίνεαι αὔτλον.

Quod si autẽ ex triuijs Veneris perculsa furore
Turgida reptilia in tripodem coniecta reponas,
Seruabis validis præclara amuleta venenis.
Adde recens cerui cæsi mucrone medullam,
Ter quæ appẽsa æquet dragmarũ põdera denũ,
Cui simul vnguenti rosei coniunge trientem
Quod primũ, aut mediũ polytripton noĩe dicũt.
Tantundem & crudi infundes splẽdentis oliui;
Cera quadrãtem æquet; quæ postq̃ vase capaci
Mixta simul fuerint, igniq́; admota valenti
Sunt recoquenda diu, duro vt vellantur ab osse
Præmadidæ carnes, pistillo moxq́; subactis,
Confusisq́; simul, procul ossa rigentia pelles,
His siquidem fixum manet exitiale venenum.
Accinctusq́; ad iter somnũ'ue hoc vnguine cor-
Colline; seu potius te æstate negotia ruris (pus
Inuitant amplos Cereris disquirere aceruos.

Non fuisse primum Andromachum, qui viperas iniece=rit in theriacis miscellis, vel hinc deprehẽdi facilè poteſt, quòd Nicander ipso multò vetustior, has moneat esse dis=quirendas, nec vtcunq;, sed semine turgidas, ac in Venerem procliues, quãdo scilicet, ipsarum venenum exitialius est.

Paratur

Paratur autem hoc linimentum ex viperis ipsis in tripode coctis, vnà cum alijs medicamentis, quousq; carnes ipsarũ ab spinis diuulsæ separari facilè poßint. Tuncq; oßicula procul reijciẽda sunt; quoniã sæuũ, exitialeq; venenũ huic maximè parti pertinacius hæret. Quod quanq̃ putem non esse religiosè obseruandũ in his, quæ intra corpus sumi nõ debent, arbitror tamen satis idoneũ esse virus, quod carni conciliatũ est, ad depellendã noxam, quæ ex ictu venenati animalis nobis acceßit. Cæterũ nõ est dißimulandũ, in hac parte autorẽ obscurè admodũ põdera indicasse: nam quod scribit medullæ ceruinæ drachmas triginta esse inijciẽdas, Græcè dictũ est, τρίφατον δεκάδος, quod τρίτον μέρος τοῦ δεκάτου τῆς δραχμῆς. i. tertiam partẽ decimæ partis drachmæ, significare videtur; quod tamẽ nõ est rationi consentaneũ. Cùm tam exigua medullæ ceruinæ quãtitas nõ poßit quidpiam præstare egregiũ in medicamẽto. Sed significare potest τρίφατον idem quod τριπλάσιον, vt dicat τριπλάσιον τῆς δεκάδος, τουτέστι, τριάκοντα δραχμάς. scilicet drachmas triginta, quod maximè probatur. Porrò τρίτην μοῖραν ῥοδίου χροὸς. id est, tertiam partem rosacei dixit, quæ tamẽ pars tertia intelligenda sanè est chongij. Nam quemadmodum libra in põderibus duodecim est vnciarũ, ita chongius in mensuris liquidorũ duodecim est cotylarũ. Quare triens chongij, quatuor cotylas cõplectetur. Propterea nõ fuerit ab re suspicari corruptè legi χροὸς pro χοός. Iam verò rosaceũ inijciendũ est, quod primã tantũ, secũdam'ue rosarũ expreßionẽ passum sit, id enim est præstantißimũ. At verò vnguẽtarij rosaceũ πολύτριπτον appellant, quod nos tortile possumus interpretari, quoniã multoties rosæ eædẽ prælo

premantur, aut torqueantur, quo primariũ, ſecundarium, tertiarium, aut quartarium vnguentum fiat. Roſacei autem compoſitio apud Dioſcoridem libro primo deſcripta accuratè habetur.

Εἰ δὲ πȣ ἐν δακέεσιν ἀφορμάκτῳ χροῒ κύρσης
Ακμηνὸς σίτων, ὅτε δὴ κακὸν ἄνδρας ἰάπτει
Αἶψα κεν ἡμετέρῃσιν ἐρωήσειας ἐφετμαῖς.

At ſi vnquam incautus offendas turpia mõſtra
Preſſus fortè fame, quãdo vomit anguis iniquũ
Virus, ſcripta tibi rimabere mente ſagaci.

Cùm alia ſint medicamenta, quæ præcautione venenis aduerſantur, alia verò, quæ pellunt graſſantia per corpora venena: hactenus Nicander, cùm nondum quis ictum virulentæ feræ paſſus eſt, medicamenta propoſuit, quæ in vniuerſum venenatis omnibus aduerſantur. Cæterum ſi quiſpiam ab Aſpide, aut Ceraſte, aut Vipera, demorſus fuerit, præſtantius ſanè erit, vti amuletis, quæ cùm dictis venenis priuatim pugnant, quàm cõmunibus tantum. Propterea monet vt ſi aliquando non delibuto corpore, nullisq; præſumptis auxilijs, quis à feris oppetatur, ſaucius diligenter aduertat, cuius generis ſit venenatũ, à quo vulneratus eſt, atq; ad ea medicamenta confugiat, quæ aduerſus illius venenũ deſcripta ſunt. Primum ergo cõmunia quædam documenta proponit, vt quisq; ſibi maximè caueat à feris, quando veneno ſunt ferociores, magisq; indomitæ.

Scholia

Scholiaſtes nō probè videtur tenuiſſe autoris inſtitutum, cùm in hac parte dicat, ἐν δακέεσιν, id eſt, in feris, pro aſpidibus tantum vſurpandam eſſe vocem.

Τῶν, ἤτοι θήλεια παλίγκοτος αὐτομένοισι,
Δάγμασι πλειοτέρη, καὶ ὀλκαίην ὑπὲρ σειρὴν,
Τοὔνεκα καὶ θανάτοιο θοώτερος ἵξεται αἶσα.

Eſt igitur vindex occurſu, feruidaq́; ira
Fœmina: quin morſu, caudaq́; immanior ima
Quo veniat citius duri inclementia fati.

Fœminas in omni ſerpentium genere vitandas eſſe potiſsimum, docet in præſentia Nicander. Eſt enim hæc ſemper iracundior, maioriq́; dentium copia donatur, rictuq́; oris multò eſt immanior. Propterea quos momorderit fœmina, celerius moriuntur. Quin & in theriaca antidoto Andromachus viperas fœminas inijci voluit; cùm eam inſcripſerit γαλήνην διὰ τῶν ἐχιδνῶν, *id eſt, Galenen ex viperis fœminis.*

Ἀλλ' ἤτοι θέρεος βλαβερὸν δάκος ἐξαλέασθαι
Πληϊάδων φάσιας δεδοκημένος, αἵθ' ὑπὸ ταύρου
Ὀλκαίην ψαίρουσαι, ὀλίζωνες φορέονται.

Sed ſæuas æſtate feras vitare memento;
Pleïadum metuens ortus, has infima tauri

Cauda gerit tenues, obscuro lumine notas.

Cùm iam docuerit maximè vitandas esse fœminas inter angues, nunc docet quo anni tempore in vniuersum genus anguium sit magis infestum, æstate nimirum. Cumq; notas iam præsentis æstatis vellet indicare, Vergiliarum ortum proposuit; hæc enim cum matutino tempore cum sole exurgunt, æstatis initium definiunt, cùm verò vespere primo surgunt, manéq; occumbunt, hyemis initium tunc est. Cæterum quòd in cauda Tauri ipsas locauerit, non est sanè res dissimulanda, cùm Ptholemæus in ceruice Tauri ipsas constituat, quanquā Hipparchus, cuius sententiā secutus esse Aratus videtur, extra Taurum eas constituat, iuxta Persei pedis extremitatem. Sed hæc abundè sunt exposita in proœmio libri secundi de morbis vulgaribus, illuc ergo te conferas, si rem ipsam intelligere perfectè volueris.

Ἢ ὅτε σὺν τέκνοισι θερειομένοισιν ἀβοσκὴς
Φωλειοῦ λοχάδην ὑπὸ γωλεὰ δίψας ἰαύει.
Ἢ ὅτε δὴ λίπῃσι μεθ' ὃν νομὸν ἢ ὠθὶ κοῖτον
Ἐκ νομοῦ ὑπνώουσα κίῃ κεκορημένη ὕλης.

Vel cū pasta nihil sobolem fouet vsq; cruentam
Dipsas, & insidias lustris parat abdita tetris.
Aut cū victa fame furibūda ad pascua fertur;
Aut satur inde means consueta cubilia quærit.

Aspidis venenum perniciosissimum esse statim audies.

Nunc

Nunc verò tantum docet, quo tempore maximè vitandum sit, quando scilicet oua fouendo excludit, nihil dum pasta: sed tota huic negocio incumbens, quemadmodum gallinæ, quæ sæpißime dum oua fouent, fame conficiuntur. Præterea vitandum est huiusmodi venenum, quando iam non amplius famem sufferre potens aspis, maximo perculsa furore, fertur ad cibum capescendum: aut cum iam expleta satis, consueta cubilia repetit. Sed semper fame exacui venenum ob corporis siccitatem credimus, frequenter enim exsaturati serpẽtes etiam si lacessantur, mole cibi grauati non admodum indignantur.

Μὴ σύγ' ἐνὶ τριόδοισι τύχοις, ὅτε δῆγμα πεφυζὼς
Περκνὸς ἔχις θύῃσι τυπὴν ψολόεντος ἐχίδνης.
Ηνίκα θορνυμένου ἔχιος, θολερῷ κυνόδοντι
Θουρὰς ὀδὰξ ἐμφῦσα, κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνου.
Οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ
Γεινόμενοι ἔχιες, ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἀραιὴν
Γαστέρ' ἀναβρώσαντες, ἀμήτορες ἐξεγένοντο.
Οἴη γὰρ βαρύθει ὑπὸ κύματι, ταὶ δὲ καθ' ὕλην
Ὠοτόκοι ὄφιες λεπυρὴν θάλπουσι γενέθλην.

Nec decet in triuijs truculentæ occurrere pesti,
Coniugis horrẽdum fugiet cùm vipera morsum:
Quando sæua caput lethali dente mariti,

Quem vesana Venus adigit, præscindit echidna.
At catuli postquam tenera clausi intus in aluo
Sumpserunt vires, tum primum vindice nixu
Viscera disrumpunt matris, nascuntur & orbi.
Hæc etenim solum fœtu grauis vndiq; fertur
Cùm tamen oua aliæ paßim per deuia fundant.

Maximè decantata inter naturales philosophos est hæc tum concipiendi, tum pariendi viperarum ratio, ego autē nescio an perinde sit vera. Plinius naturalis historiæ libro decimo, hanc coitus rationem viperarum tradidit. Marem fœminæ in os caput inserere, tum illam dulcedine illectam sensim maris caput abrodere. Quod si verū est, mirū profectò videri debet, cùm caput maris non sit adeò infirmū, ac dentes fœminæ sint potius ad pungendum, quàm ad secandum accommodati. Sed hæc experimento potius quàm ratione inuestiganda sunt. Apud nos maxima est viperarum copia, id autem quod diximus non vsquequaq; cōpertum. Cæterum pariendi ratio magis est vulgata. Sed nos cum Theophrasto sentimus, qui, vt refert Aelianus, nō credidit disrumpi laceratione aluum à fœtu, sed præ angustia vteri in lucem edi nō posse, quin aluus distrahatur. Siquidem marinæ acus, quia tenues sunt, & nequaquam sinuosam & capacem aluum habeant, idcirco similiter à suis fœtibus afficiuntur. Quòd autem oua excludant intra ventris cauitatem, quemadmodum Plinius scripsit, probabile sanè est. Nam nos multas secuimus viperas, quibus venter turgidißimus erat, & censebantur grauidæ, quas tamen

ouis

ouis quibusdam mollibus ac luteis onustas omnes comperimus. Hæc igitur aut oua, vt aliæ pariturae erant, aut si fœtus, vt vulgò creditur, editurae erant, oua intra ventrem sine dubio excludebantur. Accepimus autem à Pharmacopola fide digno, intra arcam cõiectam viperam catulos edidisse, nihil tamẽ de obitu matris ab eo dictũ recordamur.

Μηδ' ὅτε ῥικνῆεν φολίδων ἄπο γῆρας ἀμέρσας,
Ἂψ ἀναφοιτήσῃ νεαρῇ γε κεχαρμένος ἥβῃ.

Nec quando rigidam squamis exuta senectam
Lætabunda nouo incedit splendore iuuentæ.

Hæc omnia ἀπὸ κοινοῦ intelligenda sunt, quasi dicat, nec est in triuijs occurrendum viperæ, cum deposita squamarum senecta lætabunda, exultansq; graditur nouæ pubertatis nitore. Sed non de vipera solum id intelligendum reor, sed de omni in vniuersum reptili bestia venenata. Hæc enim primo vere cùm senectam deponunt, vtpote quibus non sit venenum dißipatũ, sed veluti in seipso confotum, multò sæuius mordent: iaculanturq; venenum syncerißimum, maximeq; lethale.

Ἢ ὁπότε σκαρθμοὺς ἐλάφων ὀχεῇσιν ἀλύξας
Ἀνδρὸς γυισκήψῃ, χολόων θυμοφθόρον ἰόν,
Ἔξοχα γὰρ δολιχοῖσι κινωπισταῖς κοτέουσι
Νεβροτόκοι, καὶ ζόρκοι, ἀνιχνεύουσι δὲ πάντα
Τροχμαλά θ' αἱμασιάς τε, καὶ εἰλυοὺς ἐρέοντες quaerentes

Σμερδαλέ

Σμερδαλέην μυκτῆρος ὑπαπέρχοντες ἀϋτμήν.

Nec quando insultus ceruorum feruidus ira
Deuitat serpens, vasto ac se condit hiatu
Telluris, tetrum iaculans ex ore venenum.
Haud vulgaris enĩ est, quã seruãt anguibus ira
Cornibus insignes cerui, damæq; fugaces,
Per lustra horrisonos efflantes naribus orsus.

Mirifica quadam naturæ antipathia, serpentibus cerui aduersantur; qui auidißime latibula, cauernasq́; montium omnes disquirunt: quo funditus anguium genus populentur. Neq; id citra admirationem, aut narrari, aut considerari debet, cùm meticulosum alioqui id animal sit, facileq́; ab alio etiam si non admodum robusto vincatur. Sed indita quædam sunt roboris, aut imbecillitatis seminaria singulis ab ipsa natura, quibus aut aduersarios vincunt, aut potius ab ipsis victi succumbunt. Ita sanè hyrcino sanguine frangitur adamas, quem ferrum non domat. Hinc esse arbitror quòd ceruini cornu suffitu serpentes fugentur; quoniam seminaria huiusmodi adeò pertinaciter hæserunt, vt in dissectis etiam partibus seruari poßint. Quin & pellis ceruina strata, ne accedant serpentes, nos reddit tutos. Ceruino porrò sanguine contrahuntur angues. Coagulum quo tractatur die non sinit ferire serpẽtem. Vtilis est etiã ad id negotium venter cerui; vtilis etiam & medulla. Deniq; dentem cerui gestantem, angues fugiunt. Huius sanè est generis, quòd pellis lupina contrahi cogat anguinam

pellem

pellem; plumæ etiam aquilæ, aliorum animaliū plumas rodant; quæ omnia natiuam quandam antipathiam in rebus naturalibus commonstrant.

Ναὶ μὴν καὶ νιφόεσσα φέρει δυσπαίλος Ὄθρυς
Φοινὰ δάκη, κοίλη τε φάραγξ, καὶ τρηχέες ἀγμοὶ
Καὶ λέπας ὑλῆεν, τόθι δίψιος ἐμβατέει σήψ,
Χροιὴ δ' ἀλλόφατόντε, καὶ οὐ μίαν οἰαδὸν ἴσχει,
αἰὲν ἐνδύμενος χώρῳ, ἵνα χείραμα τεύχει.

Multa niualis habet rigidis agitata procellis,
Sæua Othrys mōstra; & vallis caua; & aspera (rupes
Syluosūq; nemus; degit sitibūdus vbi seps;
Qui vario semper decoratus membra nitore
Occurrit, mutans pariter ad lustra colorem.

Inter cōmunia præcepta, quibus edocemur quænam serpentum venena perniciosiora sit, & quo tēpore magis infesta, & illud etiā contineri videtur, quibus nimirū in locis frequētiores feræ occurrant; vt dum per ea iter feceri mus nobisipsis caueamus. Est igitur Othrys mons Thessaliæ, ex aduerso Osse locatus, infestißimus venenatorū copia, atque frequētia, in quo seps, quæ alio nomine lacerta Chalcidica nuncupatur, frequentißima est. Hæc autē pro locorum varietate corporis colorem etiam mutat, quemadmodum & Nicander scribit, de qua priuatim, ad libri calcem scripturus est.

Τῶν οἱ μὲν λιθακάς τε, καὶ ἕρμακας ἐννέοντες,
Παυρότροφοι, βραχέες τε, καὶ ἔμπυροι, οὐκ ἐκείνων
Ἀνδράσι δῆγμα πέλει μεταμώνιον, ἀλλὰ κακηθές.
Ἄλλος δ' αὖ κόχλοισι δομὴν ἰνδάλλεται αἴης.
Ἄλλων δ' ἐγχλοάουσα λεπὶς περιμήκεα κύκλον
Ποικίλον αἰόλλει. πολέες δ' ἀμάθοισι μιγέντες
Σπείρῃ λεπτύνονται, ἀλινδόμενοι ψαμάθοισι.

Ex his, qui'ue colũt silices, lapidum'ue ruinas,
Exilesq́; simul, rigidi, feruentq́; veneno,
Futile qui nunquam virus vomuere, sed atrum.
Ast alij cochleas terrestres corpore reddunt;
Squama virens alios teretes diffusa per artus,
Distinguit; varium spira referente colorem.
Quin multi squalent resperſi puluere corpus.

Anguium genera siccitate maximè infesta sunt; ac siccis in locis potißimum. Sed & illud aduertendum diligenter est, quòd quibus præ siccitate in molem maximam dilatari corpus nõ potuit, veluti basiliscis æmorrhois, & dryinæ, sepedoni, dipsadiq́;, his etiam virus insit perniciosißimum. Contra draconibus, colubris, & serpentibus vastis, aut exile, aut propemodum, nullum. Propterea, qui lapidum aceruos, præruptasq́; cautes incolunt serpentes, omnium sunt perniciosißimi; non solum alterius generis serpentibus

pentibus collati, sed ipsi in suo genere. Cæterũ quod scripsit Nicander : *Ast alij cochleas terrestres corpore reddunt, ita sanè intelligendum reor, hos paruulos, exilesq́; serpentes, cùm in spiram conuoluti occurrunt, cochleis terrestribus esse similes, alios verò variatos lituris quibusdam virentibus, alios deniq; puluere veluti obsitos, perinde ac si in arena tenuißima vitam degerent.*

Φράζεο δ' αὐαλέαις μὲν ἐπὶ φρικτὴν φολίδεσσιν
Ἀσπίδα φοινήεσσαν, ἀμυδροτάτην δ' ἄκος ἄλλων.
Τῆς μὲν γάρ τε κέλευθος ὁμῶς κατ' ἐναντίον ἕρπει,
Ἀτραπὸν ὁλκαίην, δολιχῷ μηρύγματι γαστρός.
Ἡ καὶ σμερδαλέον μὲν ἔχει δέμας, ἐν δὲ κελεύθῳ
Νωχελὲς ἐξ ὁλκοῖο φέρει βάρος. ὑπναλέοις δὲ
Αἰὲν ἐπιλλίζουσα φαείνεται ἐν δυκὲς ὄσσοις.
Ἀλλ' ὅταν ἢ δοῦπον, νέον οὔασιν, ἠὲ τιν' αὐδὴν,
Ἀθρήσῃ, νωθρὸν μὲν ἀπὸ ῥέθεος βάλεν ὕπνον,
Ὁλκῷ δὲ τροχόωσαν ἅλων εἰλίξατο γαίῃ.
Σμερδαλέον δ' ἀνὰ μέσσα κάρη πεφρικὸς ἀείρει.

Sed primũ horrẽdam, squamaq́; rigẽte ferocem
Aspida nosse potes, peior qua bellua nulla.
Cernitur; hæc gressus in rectum firmat eundo,
Prolixo ventris reptatu grandia complens

Interualla ſoli, truculentoq́; inter eundum
Corpore, feſſa ſuæ pigreſcit pondere molis.
Somnolenta nimis, ſemper nictantia profert
Lumina, ſed ſtrepitum ſi quando ſenſerit illa,
Protinus & ſegnem depellit corpore ſomnum,
Collectoq́; molam prælongo corpore fingit,
Truxq́; caput media de ſpira tollit in altum.

Iam auſpicatur ferarum, quæ venenum iaculantur ſigillatim facere mentionẽ. Primumq́; meminit aſpidis atrociſſimæ, cuiusq́; venenum omni medicina robuſtiorem eſſe, philoſophi, ac medici omnes arbitrantur. Dignũ ſanè hoc animal odio eſt, ob redundantiam mali: nam venenis alijs egregia quædam medicamenta, nec virtutis contemnendæ experimento comperta ſunt; tum quòd virus non tam cito in penitiſſima corporis penetralia ſe inſinuet, tum quòd vinci, ſuperariq́; facilius poßit. Huius autẽ virus, atq; etiam baſiliſci, medicamentis omnibus reluctantur; pugnandoq́; euadunt ſuperiora: neq; alio commodius auxilio percuſſis ſuccurritur, quàm citiſſima ſedis affectæ exemptione. Ac propterea quòd huiuſmodi venenum inuictum propemodum ſit, & non ſit magnopere compertũ, qui aſpidis ictu percuſſus euaſerit, peruetus ſanè mos Aegyptiorum fuit, Regum diademata, ſerpentis eius imagine diſtincta geſtari, quo principatus inuicta quædã vis ſignificaretur. Quin & eam ſumma religione colunt Aegyptij, atq; Iſidis ſimulacra tanquam regio quodam diademate Aſpide coronãt.

Quoniam

Quoniam negant in perniciem bonorum hominum natam esse, enimuero cōminiscuntur eam se ab ijs abstinere. contra autem improbis necem afferre. Quod verum esse negare non possumus: vt ethnicos viros inde subeat admirari. Nam & iusto scriptura pollicetur: Super aspidem, & basiliscum ambulabis. Cuius sanè rei & diuus Paulus testimonium fecit: qui percussus à vipera nihil mali passus esse perhibetur; vnde à barbara gente, qui reus mortis antea censebatur, in deorum numerum relatus postea est. Tria Aspidum genera naturales scriptores esse testantur, partim quidem natalibus, partim verò veneni iaculatione distincta. Nam ex ipsis chersæas vocant, hoc est, terrestres, quæ procul ab aquarum alueis, in aridis, siccisq; locis pascuntur: quæ maxima ex parte cinerei sunt coloris, quanquam & subuirides reperiantur. Huius morsus tam pestilens est, vt ictus tribus ad summum horis moriatur. Sunt & aliæ chelidoniæ nuncupatæ, circa fluuiorum ripas, potißimumq; Nili degētes, colore fusco, ac veluti nigrigante, quarū etiam ictus præsentißimam adfert mortem. Aliæ verò, quòd erecto in priorem partem collo ex interuallo, quod satis esse conijciant, venenum in hominem iaculentur, ptyades nuncupantur; quas omniū pestilentißimas Paulus ex Galeni sententia retulit, quanq̃ Aetius tardius mortem consequi dixerit ipsarum venenum. Sed id fortasse ad tam egregios viros conciliandos, animaduertisse non fuerit ab re: Aetium quidē dixisse his qui à Ptyade conspuuntur, mortem lentius, quodam modo, accedere, cùm tamen ictu syncerißimū venenum iaculantes poßint omniū esse pestilentißimæ. Nam cùm per aëra renum vagatur, diluitur sensim: quod faciei tumor eorū, qui cōspuūtur, apertè

indicat. Percußis enim nulla, aut certè exilia in sede affecta tumoris vulneris'ue indicia remanent: quòd venenum tenuißimum cùm sit, subitò se in intimas corporis partes insinuet. Quatenus enim in affecta parte magis remoratur, eatenus imbecillius esse censendum est. Porrò color ipsarum cinereus, viridisq; est, ac auri æmulus. In vniuersum Aspis squamis riget aridis, omnino formidolosa, & horribilis, rectà meat, tardis tractibus, prælongisq; ac somniculosis oculis, semper veluti in somnũ propensa fertur. Vt verò vel strepitum, vel vocem auribus percepit, deposita segnitie, excussoq; somno, in orbem contrahitur, ac ex medijs spiris truculentum, terribileq; caput attollit, quo poßit venientem eminus intueri. Nec est natura in hac re, suæ oblita prouidentiæ, cùm huic pesti, non solum hebetes indiderit oculos, sed nec eos in fronte, vt ex aduerso cernere poßit, collocarit, verùm in temporibus: itaq; excitatur sæpius, auditu, quàm visu.

Τῆς ἤτοι μῆκος μὲν, ὃ κύντατον ἔτρεφεν αἶα,
Ὀργυιῇ μετρητὸν, ἀτὰρ περιβάλλεται εὖρος,
Ὅσσον τ' αἰγανέην, δορατοξόος ἤνυσε τέκτων
Εἰς ἐνοπὴν ταύρων τε, βαρυφθόγγων τε λεόντων.
Χροιὴ δ' ἄλλοτε μὲν ψαφαροῖς ἐπιδέδρομε νώτοις,
Ἄλλοτε μηλινόεσσα, καὶ αἰόλος, ἄλλοτε τεφρὴ,
Πολλάκι δ' αἰθαλόεσσα, μελαινομένη ὑπὸ βώλῳ
Αἰθιόπων, οἵην τε πολύστονος εἰς ἅλα Νεῖλος
Πλησάμενος κατέχευεν ἄσιν, προὔτυψε δὲ πόντῳ.

Est procera tamen, clades hæc peßima terræ,
Vlna capit quantũ ſpatij, nec craßior vnquam
Eſt iaculo, fabri quod torno induſtria raſit,
Figere quo poßit tauros, ſæuosq́; leones.
Sed quãdoq; color ſqualens per terga recurrit,
Interdũ et viridãs, variusúe, aut vndiq; fuſcus,
Sæpe niger, qualem nigricans ac torrida gleba,
Æthiopum mittit: fundo cùm exæſtuat imo
Nilus, & exundans conſpergit ſordibus agros.

Poſtquam reptatum Aſpidis, ſquamarumq́; rigorem, ac oculorum hebetudinem, auditusq́; perſpicaciam expoſuit, iam nunc corporis molem proponit, ſimulq́; craßitudinem, ac colorum differentias. Est igitur Aſpis maxima ex parte, vlnæ longitudine procera, ad ſummumq́; quinq; cubitos non excedit, eſt autem vlna, quam Græci ὀργυὰν nominant brachiorum extenſio in rectam lineam: dicta quidẽ πρὸς τὸ ὀρέγειν καὶ ἐκτείνειν ἄγκα, ὅ ἐστι τὰς χεῖρας. Cæterum colorũ ipſarum Aſpidum differẽtias, iam nos ſumus executi in præcedentibus, quibus diſtingui poſſunt, cherſææ à chelidonijs, & hæ rurſus ab his, quas vocant ptyadas peculiari nomine.

Δοιοὶ δ' ἐν σκυνίοισιν ὑπερφαίνουσι μετώπου
οἷα τύλοι, τὸ δ' ἔνερθεν ὑπαιφοινίσσεται ὄμμα
πολλὸν ὑπὸ στέρνης, ψαφαρὸς δ' ἀναπίμπλαται αὐχὴν

Ἄκριτα ποιφύσσουσα, ὅτ' ἀντομένοισιν ὁδίταις
Ἄϊδα προσμάξηται, ὅθι ζαμενὲς κοτέουσα.

Huic geminæ in cilijs verrucæ fronte tumescũt,
Instar callorum, nimioq; cruore rubescit,
Obtutus subter; cùm se contraxit in orbem
Aspis, & in tumida squalet ceruice, minarum
Plena, viatorem quoties transmittit ad orcum.

Ferocissimum sanè describit Nicander Aspidis incursum, atq; vtinam nobis tam esset lauta suppellex, vt possemus, & hic, & alibi, in Latiũ ἐναργεστάτην texturæ sermonis vim, transfundere; tamen, quod potuimus, præstitimus officium nostrum, vt hoc nostro labore gratificari studiosis hac in parte possemus. Quotus enim quisq; vel facundissimus, totam huius orationis vim multis etiã verbis exhaurire posset? ψαφαρὸς δ' ἀναπίμπλαται αὐχὴν, ἄκριτα ποιφύσσοντος? in qua non solum efficacia orationis considerari debet, sed figurata locutio, metaplasmo enim vsus est; à sexu fœmineo transiens ad masculinum, quo verbis ex figura vis multò robustior accederet. Non enim ποιφυσσούσης, sed ποιφύσσοντος masculino genere dixit. Hæc autem vox terrorem quendam incutere videtur, quemadmodum apud Sopronem in mimis παιδικὰ ποιφύξεις, id est, terrebis. Significat etiam vehementer efflare, quemadmodum apud Euphorionem; ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος, id est, valde flante Fauonio.

Τῆς, ἤ τοι πίσυρες, κοῖλοι ὑπένερθεν ὀδόντων,
Αγκύλοι, ἐν γναθμοῖς δολιχήρεες ἐῤῥίζονται,
Ιοδόκοι, μύχατος δ᾽ ἐχιτὼν ὑμένεσσι καλύπτει,
Ἔνθεν ἀμείλικτον γυίοις ἐνερεύγεται ἰόν.
Εχθρῶν τοῦ τὰ κεῖνα καρήασιν ἐμπελάσειε.

Quatuor huic dentes firmis radicibus vnci,
Maxillas firmant, prolixi, virus alentes,
Quos ambit mēbrana profundior, vnde venenū
Indomitum eructat, si quando lacessere morsu
Iracunda potest venientem cominus hostem.

Fœmina quatuor armatur dentibus; propterea huius morsus truculentior est, celeriusq; mortem aduocat. Mas verò duobus tantùm munitus est dentibus caninis, viperarum instar. Id tamen, in hac parte non est dißimulandum apertè à Nicandro dici, venenum Aspidum dentibus insidere, quos appellauit ἰοδόκους, hoc est, veneni receptacula. Idipsum etiam est adnotatum ab Opiano, cum de coitu viperæ cum Muræna agit,

πάντα δ᾽ ὀδόντων
Ηρυγε πευκεδανὸν ζαμενῆ χολὸν ὄλβον ὀλέθρου. *id est.*
ac dentibus hærens
Diuitias mortis, vomuit lugubre venenum.

Σαρκὶ γὰρ οὔτε τι δῆγμα φαείνεται, οὔτε δυσαλθὲς

Οἶδος ἐπιφλέγεται, καμάτου δ᾽ ἄτερ ὄλλυται ἀνήρ.
ὑπνηλὸν δ᾽ ἐπὶ νῶκαρ ἄγει βιότοιο τελευτήν.

Haud tamen vlla manent plagæ veſtigia diræ,
Feruida nec quicquam turget pars ſaucia mole;
Non dolor incurſat, ſed vir perit vſq; veterno.

Ictus Aſpidis veſtigia, tam obſcura in affecta ſede ſunt, vt indicia vix acri oculorum acie deprehendantur, deprehenſa'que inſtar puncturæ tenuiſſimæ acus videantur, ex maribus quidem gemina, ex fœmina verò quaterna. Sed quòd ita ſint obſcura, hanc ſanè cauſam reddunt naturales, egregiam planè ac maximè veracem. Aſpidis venenum ad tranſmittendum peracutum eſt, celerrime'que ad intima corporis tranſitum facit. Atque ideo cùm mordet fera venenum non eminet, ſed ſubitò in profunda corporis penetralia ſe inſinuat, dilabiturq; vniuerſim, vt nihil ſuperſit, quod generando tumori faciat ſatis. Quin & ſanguinem ipſum penitus coagulat, lactis bubuli inſtar, vt & iecur, & cor confeſtim ſenſu, motuq; priuet, inſomnumq; faciat delationẽ, omni prorſus doloris ſenſu ſublato. Propterea Cleopatram aiunt (cũ Antonio mortuo, aduentaret Auguſtus) quæſiſſe in conuiuio à circũſtantibus, quæ'nam ſine acerbo dolore mors eſſet, accepiſſeq; eam, quæ aſpidis ictu afferretur plenam lenitudinis eſſe, quod & periclitatione percepit. Sed & illud naturam veneni maximè pandit, quod eſt à Plinio memoriæ proditum: Aſpidis venenum ſi ſanguinem attingit, aut recens vulnus ſtatim interimere, inueteratũ vlcus tardius.

dius. Non enim (inquit) est tabifica eius vis, nam & occisa morsu illius animalia cibis innoxia sunt, quod quanq̃ in alijs verũ sit, in ptyade verũ esse nõ potest. Huiusmodi sanè venenum est, quo venatores vtuntur ex genere aconiti quodam confectũ, id enim tractant frequẽter ore, quin & interdum, intra aluum transmittũt, maximè cùm ventrem ducere animo ipsis est: alioqui si acus puncturam vnde sanguis fluat eo contingant, nisi succurratur diligenter, mortiferum est. Cæterum quanquam indomitũ ferè huiusmodi Aspidum venenum sit, maximè esse in rem nostram arbitramur (cùm naturã plura mala, quàm remedia protulisse non sit credendum) hic subtexere, quæcunq; experimẽto comprobata aduersus id veneni genus hactenus sunt. Primum igitur Aspidum naturæ halicacabum in tantum aduersum est, vt radice eius proprius admota soporentur; ideo ex oleo trita percußis auxiliatur. Anisum etiam, lupiniq; amari huic veneno maximè reluctantur. Acetum etiam maxima ad id negotium pollet facultate, neque alioos colluũt venena exugentes. Clematis daphnoides (quam peruincam hodie vocant) maximo est vsui, aduersus aspides, & omne serpentium genus. Cimices præterea hac pollent facultate, vt compertũ sit gallinam, qua die cimicem ederit, non necari ictam ab aspide. Porrò eius vrina quem Aspis momorderit veneno ipsius resistere creditur. Vrina etiam testudinis, potißimũ cimicibus intritis Aspidum ictibus singularis. Valet etiam polium cum ruta. Sed inter tot mala, quæ Aspis inferre consueuit, non caret peculiari quodam emolumento, quo nobis ex vsu esse poßit. Nam Aspidis exuuium ex melle tritum, & illitum, acutißimum visum conciliat.

Ἰχνεύμων δ' ἄρα μοῦνος ἀκήριος ἀσπίδος ὁρμὴν
Ἠμὲν ὅτ' ἐν μόθον εἶσιν ἀλεύεται, ἠδ' ὅτε λυγρὰ
Θαλπούσης ὄφιος κηροτρόφου ᾠὰ ἐς γαίῃ,
Πάντα διεσκήνιψε, καὶ ἐκ ὑμένων ἐτίναξε,
Δαρδάπτων, ὀλοοῖς δὲ συνερραθάγησεν ὀδοῦσιν.

Solus at Ichneumon potis eſt vitare furorem
Aſpidis; et pugnam dum vult cõmittere fortem,
Et dum corde fero rimatur ſicubi poßit,
Oua cruenta ſimul congeſta, per auia ab angue,
Rumpere cũ ſtrepitu, validoq́; excudere dente.

Non reliquit natura Aſpidem ſine aduerſario, ſed Ichneumona educauit in ipſius perniciem; qui naturali quodam odio hanc peſtem proſequatur, prouocans eam perpetuò ad pugnam, diſquirensq́; ſedulò loca, in quibus oua incubat, quo poßit ea funditus euertere, ac lacerare. Cuius Ichneumonis formam iam delineaturus Nicander eſt.

Μορφὴ δ' ἰχνεύταο κινωπέτου, οἷον ἀμυδρῆς
Ἰκτίδος, ἥτ' ὄρνισι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον
Μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετταύρων.
Ἔνθα λέχος τεύχονται ἐπ' ἰκρίον, ἢ καὶ ἀφαυρὰ
Τέκνα ἀθαλβώσσουσιν, ὑπὸ πλευρῇσι θέρουσαι.

Eſt ta

Est tamen Ichneumon qualis Viuerra pusilla,
Quæ parat insidias auibus ruralibus, atque
Alta domus scandens, vastat laquearia nidos.
Somnũ vbi captantes rimis, aut fragmine muri;
Se cõdunt, pennæq; fouent sub tegmine pullos.

Digreditur paululum, nec sine artificio, dum Ichneumonis formam nobis pingere nititur, ad viuerræ naturam explicandam, quæ sanè animalculum nobis notißimum est, quáq; solemus frequenter venari auiculas, ex foraminibus murorum. Simillimus ergo Ichneumon Viuerræ pingitur, ac mirum profectò est, pusillum adeò animal, audere cum vasto adeò serpente congredi, sed quod moles corporis præstare illi non potest, præstitit natura, nam iam audies quo modo se liniat, aut potius armet lutoso thorace, quo venenati animalis ictus euadere poßit.

Ἀλλ' ὅταν αἰγύπτοιο πάρα θρυόεντας ἰάμνους,
Ἀσπίσι μόλον ἄγησιν ἀθέσφατον, εἰλικοέσσαις,
Αὐτίχ' ὁμῶς ποταμόνδε καθήλατο, τύψε δὲ κώλοις
Τάρταρον ἰλυόεσσαν, ἄφαρ δ' ἐφορύξατο γυῖα
Πηλῷ ἀλινδηθεὶς ὀλίγον δέμας, εἰσόκε λάχνην
Σείριος ἀζαλέῃ, τρύξῃ δ' ἄγναμπτον ὀδόντα.
Τῆμος δ' ἢ κάρη λιχμήρεος ἑρπηστᾶο,

Σμερδα

Σμερδαλέης ἔβρωξεν ἐπάλμενος, ἠὲ καὶ οὐρῆς

Ἁρπάξας, βρυόεντος ἔσω ποταμοῖο κύλισσεν

Sed postq̃ Ægypti per iuncis consita prata
Aspidibus tetris minitatur bella cruenta,
Protinus vndosum præceps demersus in amnem
Vndiq; conspurcat cœnosa vligine corpus,
Siccata vt poßit lanugo lutosa sub æstu,
Dum premitur morsu, dentẽ torquere nefandũ.
Qui primũ vt sensit, præmunitũ vndiq; corpus:
Insiliens subitò, caput ex ceruice reuellit
Aspidis, aut cauda rapiens deuoluit in amnem.

Atrox sanè pugna hæc est: ac mirũ, quòd non desit animali ratione carenti industria, qua se munire poßit, aduersus aduersarij insultus. Maximè ergo semper admiranda natura est, summisq; laudibus colenda, quæ nunquam deficit in his, quæ ad vnius cuiusque rei tutelam spectare videntur. Imprimisq; naturæ opifex laudandus, cui semper rerum omniũ gratiarum actiones referẽdæ sunt. Nam hic certa quadam lege singula gubernans, naturam fouet, atq; conseruat.

Ἓν δ' αὖ ἐχιδνήεσσαν ἴδοις πολυδερκέα μορφήν

Ἄλλοτε μὲν δολιχήν, ὁτὲ παυράδα γῦρον ἀέξει.

Εὐρώπη τ' Ἀσίη τε, τὰδ' οὐκ ἐνιείκελα δήεις.

Ἤτοι αὖ ἐυρώπῃ μὲν ὀλίζονα, καὶ θ' ὑπὲρ ἄκρων
ῥώθωνας, κεραοί τε καὶ ἀργίλιπος τελέθουσιν.
Οἱ μὲν, ὑπὸ σκείρωνος ὄρη, παμμώνια τ' αἰπὰ,
Ῥύπαιον, κόρακός τε πάγον πολιόν τ' ἀσέλλωον.

Indeq; vipeream cognosces pulchrè figuram,
Corpore q̃ magnos modò paruos implicat orbes,
Namq; per Europam varias, Asiamq́; per oẽm
Cernes: illa quidem breuius, rostroq́; patente
Naris; alit monstrũ, cãdens, & cornibus auctũ.
Talia pascũtur Scirũ & iuga Pammonis alta,
Rypæum coruiq́; pagum niueumq́; Aselenum.

Post historiam Aspidis, de vipera instituit sermonẽ Nicander; quam multiformem dicit, quòd modò vastiori, modò breuiori corpore videatur: nec similis planè in Europa Asiaq́; proueniat. Nam Europa huiusmodi feras breuiores multò, & quæ cubiti vix longitudinem excedant, producit; insuper & naribus intortis sursum, vt instar suilli rostri ad narium extremitatem, eminentiam quandam gestare videantur, colore arenoso, maculis quibusdam, aut lituris obscuris variegatas, supra oculorũ sedem propè mediũ capitis protuberantes quasdam veluti verrucas habentes: quæ cornua frequẽter à Nicandro solent appellari. Tales profectò sunt, quas ad nos delatas frequenter vidimus maxima copia, ex montibus, & vicis Morellæ finitimis. Nicander

cander

cander autem loca recensens Europæ, in quibus maxima copia proueniunt viperæ, meminit Scironidum petrarum. At hæc saxa inter Megara, & Corinthum iacent; de quibus Strabo libro nono, in hunc scripsit modum; Atticis finibus imminent Scironides petræ, iuxta mare transitũ nõ relinquentes. Super eas via est in Atticam, atq; Megaram ab Isthmo ducens. Adeò autem magis, ac magis via petris propinquat, vt in multis eius partibus præcipitium viatori minetur, tam excelsus, & transitu periculosus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res gestæ sunt. Hic autem latro fuit insignis, qui viatores spoliatos de saxis in mare præcipites agebat. Pammonia autem iuga in Magaris iacent: de quibus, vt refert Scholiastes, ipsemet Nicãder scribit in Thebaicis. Rypæum autẽ Antigonus in Achaia statuebat, inde Achæos Ripæos dici censens, Nicander autẽ in Aetolia. Aselenus autem Locrensis est mons asperrimus, & habitationis difficilis.

Ἀσὶς δ' ὀργυόεντα καὶ οὐ πλέον ἑρπετὰ βόσκει,
Οἷα περὶ τρηχὺν Βουκάρτερον, ἢ καὶ ἐρυμνὸς
Αἰγαγέης πρηὼν, καὶ Κερκάφος οὖρος ἐέργει.

At quantum vlna capit spatij; siue amplius Asis
Mõstra horrẽda gerit, gẽus id bucarterus asper
Vertexq́; ægagees ac Cercaphus vndiq; claudũt

Magnitudinem viperarum, quas Asia gignit recenset, vbi longè vastiores educantur: vlnæ nimirũ proceritate, & interdũ maiores. Sed in Trogloditide, Nimphes librorum

rum nono, quos de Ptholomeis scripsit, ingenti nasci magnitudine recenset, si cũ alijs conferantur, decem inquam, & septem cubitorũ proceritate. Bucarterus autem, Aegagees, & Cercaphus nomina sunt montium, promontoriorumq; Asiæ.

Τῶν ἤτοι βρεχμοὶ μὲν ἐπὶ πλάτος, ἠδ' ὑπὲρ ἄκρον
Ὁλκαῖον σπείρης κολοβὴν ἀθηλίσσεται οὐρὴν,
Ἀργαλέας φρίσσουσαν ἐπηετανὸν φολίδεσσι,
Νωθεῖ δ' ἔνθα, καὶ ἔνθα διὰ δρυμὰ νίσσεται ὁλκῷ.

Fœmina sed latum caput exerit, atq; sub imo
Corporeæ molis mutilam quatit vndiq; caudã.
Horrendam arrectis squamis semperq; rigentẽ;
Incessu quæ lenta hinc inde per auia serpit.

Deliniat primo Viperam fœminam, quam lato esse capite dicit, caudaq; aceruatim in tenuitatẽ desinente, haud quaquam imminuta paulatim, nuda carne, asperaq;. Ventrem habet hæc sinuosiorem, & ingressu ad summum caudæ nititur, sensim verò, pedetentimq; inambulat, pluresq; habet dentes quàm mas, quod statim adijciet. Quæ attinẽt ad colorem silentio prætermisit, neq; enim vno semper colore cernuntur, quanquam maxima ex parte subflauæ, arenosæ'ue sint, multis lituris variegatæ obscuris.

Πᾶς δ' ἔχι ὀξυκάρηνος ἴδ' εἶν ἔχις, ἄλλοτε μῆκος
Μάσσων, ἄλλοτε παῦρος, ἀκιδνότερος δὲ καθ' εὖρος
νηδύος,

Νηδύος, ἠδὲ μύουρος ἐφολκαίη τετάνυσται.
Ἴσως μὲν πεδανὴ δολιχοῦ ὑπὸ πείρασιν ὁλκοῦ.
Ἴσως δ' ἐκ φολίδων τετριμμένη. αὐτὰρ γ' ὠπῆς
γλήνεα φοινίσσει τεθοωμένος, ὀξὺ δὲ δικρῇ
γλώσσῃ λιχμάζων, νέατον σκολύπτεται οὐρήν.
Κωκυτὸν δ' ἐχιναῖον ἐπικλείουσιν ὁδῖται.
Τοῦ μὲν ὑπὲρ κυνόδοντε δύο χροῒ τεκμαίρονται,
Ἰὸν ἐρευγόμενοι, πλέονες δέ τοι αἰὲν ἐχίδνης,
οὔλῳ γὰρ στομίῳ ἐμφύεται, ἀμφὶ δὲ σαρκὶ
ῥεῖα κεν εὐρυνθέντας ἐπιφράσσαιο χαλινούς.

At mas omnis habet capitis fastigia acuta:
Corpore nunc breuior, nunc vastior, attamẽ alui
Debilior moles, protensaq; pumila cauda
Decrescens sensim, prolixo ex corpore monstri.
Hæc pariter tegitur squama rigidissima; et altis
Ex oculis ignes iacit, acri percitus ira,
Ac caudam gemina lingua vibrante retorquet.
Vipereum luctum solet appellare viator,
Quem gemino natura armauit dente canino,
Vulnere tabifico, sed plures semper echidnæ

Quæ

Quæ si sæua vnquam morsus inflixerit atros
Haud quenq̃ fugiet lata ob vestigia dentis.

Vipera mas peculiari nomine à Græcis ἔχις nominatur: fœmina verò ἔχιδνα, morsu multò truculentior, immaniorq́; . Est ergo mas eiusdem cum fœmina coloris, caput verò angustius habet, & magis acuminatum, collum crassius, & vniuersum corpus tenuius, & quodammodo prolixius, venter non perinde tumet, propterea cauda sensim decrescit, murinæ caudæ instar, gressum autẽ supernè circa ventrem firmat, alacriusq́; mouetur. Huic non secus ac fœminæ cauda squamarum rigore asperrima est, oculiq́; igneo colore micãtes, cùm excandescit potißimum, geminam vibrat linguã, celerrimeq́;. Gemino etiã canino dente armatur, nam vtrinq; in superiore mandibula vnus hæret: spinæ piscium acutißimæ simillimus, membranula quadam obuolutus, iuxta quem minores alij plurimi aceruatim eadem obteguntur membrana, vt non facile cognoscas, vtrũ in fœmina, an potius in mare vberior dentiũ copia sit. Sed in inferiore mandibula sunt etiam in fœmina vtrinq; gemini dentes, multò superioribus minores, & tota etiam gingiuarum sedes minutißimis quibusdam dentibus acutißimisq́; munita est. Quare, quos mas momorderit, vestigia puncturæ gemina præseferũt, in his verò, qui à fœmina demorsi sunt, vulnera quatuor apertè videri poßunt. Scholiastes nescio quid insulsum de ventre viperæ cõmentus est, qui citra omnẽ rationem dictionẽ illam, ἀκιδνότερος, tam ad viperam marem, quàm fœminam spectare scribit: neq; enim multas se viperas vidisse monstrat.

Τῆς καὶ ἀπὸ πληγῆς φέρεται λίπει ἴκελος ἰχὼς,
Ἄλλοτε δ' αἱματόεις, ὅτε δ' ἄχροος, ἡδ' ἐπὶ οἱ σὰρξ
Πολλάκι μὲν χλοάουσα βαρεῖ ἀναδέδρομεν οἴδει,
Ἄλλοτε φοινίσσουσα. τότ' εἴδεται αὖτε πελιδνή,
Ἄλλοτε δ' ὑδατόεν κυέει βάρος. αἱ δὲ θαμιναὶ
Πομφόλυγες τῶς, οἷον γε πυρὶ φλυκταίναι ἀραιαί.
Οἷα περικνημῆτοιο χροὸς πλαδόωσιν ὕπερθεν.
Σηπεδόνες δ' οἱ ἀμφὶς ἐπίδρομοι, αἱ μὲν ἄπερθεν,
Αἱ δὲ κατὰ πληγὴν ἰοειδέα λοιγὸν ἰᾶσαι.

Sed fluit ex plaga ſanies pinguiſsima circum,
Atq; cruenta aliâs, modo decolor, ictaq; ſedes
Sæpe quidẽ pallet, magna vndiq; mole tumeſcẽs
Interdumq; rubet, nec rarò plumbea liuet.
Interdũ et prægnans humore grauatur aquoſo,
Bullæq; exundant phlyctænων inſtar acerbæ,
Quas ambuſta igni referunt præturgida ſucco.
Sordidaq; hinc inde incurſans putredo reſoluit,
Mollia membra ſimul, tabo maculata cruento.

Sæuiſsima ſanè ſunt ſymptomata, quæ viperæ morſum ſequi conſueuerunt, quanquam nõ ſit huius venenũ Aſpi-

dis veneno comparandum. Nam craßius quodammodo id est, diutiusq; in summa hæret corporis parte, in qua tumultum mouens maximum, tandem eam ad internetionem perducit: quod ex liuore, phlyctenisq; ipsis gangrænosis, ichoribusq; exundantibus, liquidò deprehendi potest. Vbi verò summa corporis depopulatum est virus, iam sensim se ad intima confert, perindeq; præcipuas omnes vastat particulas, quod sanè ex sequentibus disces.

Πᾶν δ' ὤδει οἱ δριμεῖα δέμας καταβόσκεται ἄτη
Ὀξέα, πυρπολέουσα, κατ' ἀσφάραγον δέ τε λιγμοὶ,
Κίονά τε ξυνιόντες, ἐπασσύτεροι κλονέουσιν,
Ἀμφὶ καὶ ἰλίγγοις δέμας ἄχθεται, αἶψα δὲ γυίοις
Ἀδρανίη βαρύθουσα, καὶ ἰξύι μέρμερος ἵζει.
Ἐν δὲ κάρῃ σκοτόεν βάρος ἵσταται. αὐτὰρ ὁ κάμνων
Ἄλλοτε μὲν δίψῃ φάρυγα ξηραίνεται αὖον,
Πολλάκι δ' ἐξ ὀνύχων ἴσχει κρύος, ἀμφὶ δὲ γυίοις
Χειμερίη ζαλόωσα πέριξ βέβριθε χάλαζα.
Πολλάκι δ' αὖ χολόεντας ἀπήρυγε νηδύος ὄγκους
Ὠχραίνων δέμας ἀμφίς. ὁ δὲ νοτέων περὶ γυίοις
Ψυχρότερος νιφετοῖο βολῆς περιχεύεται ἱδρώς.
Χροιὴν δ' ἄλλοτε μὲν μολίβου ζοφοειδέος ἴσχει,
Ἄλλοτε δ' ἠερόεντα, τότ' ἄνθεσιν εἴκελα χαλκοῦ.

Omneq́; corpus edit populatrix aſpera clades,
Feruida, dira nimis, ſingultus guttur anhelum
Collumq́; exercēt, grauiter turbutāte tumultu.
Quin vertigo premit, roburq́; reſoluitur omne
Mēbrorū, ac lumbos agitat valde anxia noxa.
Pondus ineſt capiti: nunc ſaucius ardet iniqua
Preſſus valde ſiti, ſiccatis faucibus igne.
Sæpe rigent vngues glaciali frigore, & alget
Profuſum corpus veluti incumbente pruina.
Sæpe vomens reddit ſuffuſos felle madores,
Corpore palleſcens, madidus per corpora ſudor
Diſcurrit, niueo ſaliens algentior imbre:
Qui triſtem referat plumbi liuore colorem,
Atq; aliâs tetrum, ſimilem ſeu floribus æris.

Summarum corporis partium penitus interempta facultate, virus latenter ſe inſinuat, ac cor maximè inuadit: vnde febris exoritur ardens, ſiccanturq́; fauces, à tetris fuliginibus veneni, ſitisq́; vrget inexhauſta. Inde & ventriculum laceßit, vellicatq́; vis ingens veneni, potißimumq́; ſuperiores eius partes, maximè ſenſiles, cordiq́; maxima colligantia connexas. Ob quam ſanè cauſam ſingultuū frequentia accedit, quæ ſola poſſet præſentaneam inferre ruinam. Præterea caput vertigine vacillat, totiusq́; corporis

robur

robur flaccescit, quod non aliunde quàm ex animali facultate dissoluta, aut languescente prouenire potest. Cæterum cùm iam præcipuæ omnes virtutum sedes, vi, ac sæua veneni facultate, obsessæ sunt, funditusq; euersæ, tunc glaciali frigore corpus alget, perinde ac si pruina perfusum esset, colorq; mutatur, madentq; mēbra omnia sudore quodam frigidißimo, plumbeo, aut alioqui tetro, aut æruginoso. Quòd nimirum omnem corporis humorem feræ virulentia in suam mutauerit naturam: atq; ita exundans erumpat per cutem. Admonēdi tamen sumus, Scholiastem Græcum ἄνθεσι χαλκοῦ, intellexisse χαλκάνθην herbam, quam suo tempore καλακάνθην dixit nominari, quanquam et æris florem apertè describat in eodem loco, sed addit semen habere simile semini sinapis, remq; ipsam tam cōfusè tractat, vt non putem locum illum liberum esse à menda. Adnotauit etiam scriptum esse in aliquibus exemplaribus ἄνθεσι χάλκης, quam lectionem Numenium sequutum esse affirmat: aitq; χάλκην florem esse, à quo purpura nominata est χάλκη. Ego autem non video quid opus sit ambagibus in re perspicua.

Ἐν δ' αὖ καὶ δολόεντα μάθοις ὑπιόντα κεράστην
Ἠύτ' ἔχιν, τῶν γάρ τε δεμὰς ἰνδάλλεται ἴσον,
Ἄλλοτε μὲν πισύρεσσι, τοτ' ἐν δοιοῖσι κεράστης,
Ἤτοι ὁ μὲν κολὸς ἐστὶν, ὁ δ' αὖ κεράεσσι πεποιθώς.
Χροιῇ δ' ἐν ψαφαρῇ λεπτύνεται, ἐν δ' ἀμάθοισιν,
Ἢ καὶ ἁματροχιῇσι, παρὰ στίβον ἐνδυκὲς αὔει.

Nec ſecus ipſe dolis plenum cognoſce Ceraſtem;
Vipereæ ſimilem proli, cui corpore par eſt:
Quatuor interdum geſtantem cornua fronte,
Interdumq́; duo, ſed vipera cornibus expers.
At color vt puluis candet, cũ in puluere ſemper
Dormiat, atq; via, callem qua ſemita monſtrat.

Ceraſtes à cornibus nomen accepit, quæ Græcis κέρατα nuncupantur. Serpẽs eſt viperæ ſimillimus, cubitalis longitudine, ad ſummumq́; bicubitalis, in mediterraneis Libyæ frequẽtiſsimus iuxta arenoſa loca; et in ſemitis, vbi colore exalbidus prætereuntibus molitur inſidias. Nam viatores coloris errore falſi, pedibus illos cõculcãtes vitæ periculũ ſubeunt. Atq; idcirco fraudulentum, doloſumq́; animal id nominatur. Quin & in illo fraus eſt conſpicua, quod Plinius recẽſet: Ceraſtis corpore cornicula eminere ſæpe quadrigemina, quorũ motu reliquo corpore occultato ſollicitent ad ſe aues. Hæc autẽ cornicula cochleæ cornibus ſimilia eſſe perhibentur, non ſimiliter autem atq; illa tenera. Vipera autem cornibus huiuſcemodi caret: tantum habet vtrinq; ſupra oculos neſcio quid tuberoſum. Quin & Viperæ, quas Aſia gignit, etiam huiuſmodi tuberibus carent; quemadmodũ in viperæ hiſtoria antea retulit. Sed et illud quod dixit Nicander ἤτοι ὁ μὲν κολὸς ἔστι, i. hic quidẽ mutilus eſt: ad corporis molem referri poſſe Scholiaſtes aſſerit: quanq̃ non admodum arrideat, tuncq́; perinde eſſet, ac ſi dixiſſet, hic corpore minor eſt, de vipera intelligens. Nam & Ceraſtæ ſunt nonnulli cornibus carentes, quos vocant κοιλοὺς, vt ille ſcripſit.

Τῶν, ἤτοι στερῇσιν ὁ μὲν, θοὸς αὔτικα θύνει
Ἄτραπον ἰθεῖαν, δολιχῷ μηρύγματι γαστρὸς,
Αὐτὰρ ὅγε σκαιὸς μεσάτῳ ἐπαλίνδεται ὁλκῷ,
Οἶμον ὁδοιπλανέων σκολιὴν, τετρηχότι νώτῳ,
Τράμπιος ὁλκαίης ἀκάτῳ ἴσως, ἥτε δι' ἅλμης
Πλευρὸν ὅλον βάπτουσα κακοσταθέοντος ἀήτου,
Εἰς ἄνεμον βεβίηται ἀπόκρουστος λιβὸς οὔρῳ.

Ex his illa quidem rectâ festinat eundo,
Absoluitq́ue viam sinuoso margine ventris.
Hic meat obliquè, medio nam corpore torto
Incedit titubans, rigido squalenteq́ue dorso.
Nō secus atq; natās prolixa per æquora cymba
Respumante salo, validè quādo Africus vrget;
Vndiq; pulsa vndis gressu titubante vacillat.

Viperæ gressum ac Cerastæ mutuò confert: illam quidē rectâ meare scribens, hūc verò cōtorto corpore veluti vacillantem, & à recto deuiantem calle, cuius sanè gressum appositißima quadam cymbæ parabola, maximaq́; cū emphasi nobis veluti ob oculos ponit. Nam hæc dum per mare graditur, ventorū turbinibus agitata, nō potest rectam seruare viam, sed modo huc, modo illuc fluctuat. Ita et Cerastes obliquam semper init viam.

Τοῦ μὲν ὅταν βρύξῃσιν, ἀεικέλιον περὶ νύγμα,
Ἧλῳ ἐειδόμενον τυλόεν πέλα, αἱ δὲ πελιδναὶ
Φλύκταιναι, πέμφιξιν ἐειδόμεναι ὑετοῖο,
Δῆγμα πέριξ πλάζονται, ἀμυδρώεσσαι ἐς ὠπήν.
Ἧβαι ἀφαυρότερον τελέει πόνον, ἐννέα δ' αὐγὰς
Ἠελίου μογέων ἐπιόσσεται, οἷσι κεράστης
Οὐλόμενον, κακοεργὸν, ἐνιχραύσει κινώδοντα.
Διπλοῖς δ' ἐν βουβῶσι, καὶ ἰγνύσιν, ἀσκελὲς αὔτως
Μόχθος ἐνιβρέφεται. πελιὸς δέ τοι ἐμφέρεται χρώς.
Τῶν δέ τε καμνόντων ὀλίγος περὶ ἄψεα θυμὸς
Λείπεται ἐκ καμάτοιο, μόλις γε μὲν ἔκφυγον αἶσαν.

Sed vir quando fremit percussus vulnere tetro,
Claui instar callosum ad vulneris oscula tuber
Erumpit, circum liuentes vndiq; bullæ
Obscuræ, quales saliunt largo imbre ruente.
Sed nõ valde premit clades miserãda, nec vltra
Æger stat postquã nouies sol voluerit orbem,
Bellua quem potuit funesto inuadere dente.
Inguine sed gemino, gemino quoq; poplite noxa
Figitur: ac corpus liuescit protinus omne,

Atq;

Atq; laborantum resoluto membra vigore
Flaccescunt, ipsis mortem vitantibus ægrè.

Simillimum est Cerastarum venenũ viperino, aliquantulum grauius, vt quæ natura corpore similia fecerit, ea etiam veneno non dißimilia genita esse, sit consentaneum. Nam quemadmodum lumbis negocium faceßit Vipera, ita etiam Cerastes inguinibus, quæ sanè ob iecur affectum maximè nasci credimus, quòd conetur illuc impellere virus, nec poßit voti compos euadere, vnde & quæ deorsum procumbunt veneni partes, musculis tibiam mouẽtibus occurrentes, genua flaccescere cogunt: ex quo nõ leuis suspicio insurgit, in poplite noxam cõsistere. Ceterũ post multam veneni moram vniuersum corpus liuescit, quòd nimirum naturalis omnis facultas sit extincta, atque animalis etiam, cùm robur partium penitus absumatur. Quare, quæ πολλοὶ γε μὲν ἔκφυγον αἶσαν *exemplaria legunt, id est, multi mortem vitantq; freque͂ter, non videntur Nicandri germana. Nos autem quotquot vidimus exemplaria,* μόλις, *id est, vix, aut ægrè scriptum habebant.*

Σῆμα δέ τοι δάκεος αἱμοῤῥόου αὐτίκ' ἐνίσπω,
Ὅς τε κατ' εἰλυθμοὺς πετρώδεας ἐνδυκὲς αὔει,
Τρηχῖνα ὑπάρπεζον, θαλάμην ὀλιγήρεα τεύχων,
Ἔνθ' εἰλυθμὸν ἔχεσκεν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς.
Μήκει μὲν ποδὸς ἴχνος ἰσάζεται, αὐτὰρ ἐπ' εὖρος
Τέθρυπται μύουρος ἀπὸ φλογέοιο καρήνου.

Ἄλλοτε μὲν χροιῇ ψολόεις, ὅτε δ' ἔμπαλιν αἰθός·
Δειρὴ δ' ἐσφήκωται ἄλις, πεδανὴ δέ οἱ οὐρή.
Ζαχρειὲς θλιφθεῖσα καὶ ὀμφάλιος τεθάνυσται.
Τοῦ μὲν ὑπερνιφόεντα κεράατα διὰ μετώπῳ
Ἔγκειται, πάρνοψι φάη, λυγάδας τε προσεικής,
Σμερδαλέον δ' ἐπὶ οἱ λάμυρον πέφρυκε κάρηνον
Δοχμὰ δ' ἐπισκάζων ὀλίγον δέμας, οἷα κεράστης
Μέσσου ὅγ' ἐκ νώτου βαιὸν πλόον αἰὲν ὀκέλλει.
Γαίῃ ὑποθλίβων νηδὺν, φολίσιν δὲ καὶ οἶμος.
Παῦρον ὑποψοφέων, καλάμης χύσιν οἷα διέρπει.

Nec mora quin referã Hæmorrhi ſigna cruẽti,
Qui degit ſemper fiſsis in cautibus altis,
Et colit in rigido prædura cubilia ſaxo:
Quæ ſtatim repetit, poſtq̃ ſatur arua reliquit.
Procerus ſedenim quantum veſtigia plantæ
Arctatur ſenſim, tenuis ex vertice ſummo,
Sed color eſt fuſcus veluti fuligo, vel ardens,
Conſtrictoq; ſatis collo gracileſcit in ima
Cauda, anguſta nimis, q̃ ex alto vmbone ꝓfuſa (eſt.
Hic oculos ſupra niueos gerit ardua frõte

Cornua

Cornua bina ſimul, cãdentq́; ſimillima Brucho
Lumina, et horreſcit vertex reuolubilis anguis.
Pumilus, at titubans greſſu velut ipſe Ceraſtes
Multiplicansq́; ſinus dorſum graue pellit eũdo;
Ventre terente ſolum, ſquama rigidiſsima verò
Nõ ſecus ac ſiccas gradiẽs crepat inter auenas.

Hæmorrhus ob ſanguinis fluorem, quẽ inducit his, quos momorderit dictus eſt, ſed fœmina αἱμοῤῥοῖς, quod ſanè ſymptoma inter alia, quæ ictum huius feræ ſequuntur truculentiſsimum eſt, quemadmodum ſtatim dicet. Degit autẽ hæc bellua in aſperis ſaxorũ cauernis, ibiq́; frugale quoddam, & vile conſtruit cubile, ad quod ſtatim vbi cibo ſe in aruis expleuit, ſe recipit. Huius proceritas palmorum quatuor eſt, tantum enim pede continetur: ſenſimq́; à ſummo vertice decreſcit vſque ad imam caudam, vt nihil huic intumeſcere ventrem dicas, magis quàm continui decrementi exigat ratio, murinæ ſcilicet caudæ inſtar. Colore interdum fuliginoſus, interdũ verò ardens, flammeus'ue, maculisq́; quibuſdã cãdidis, ac nigris vniuerſum ipſius corpus variegatũ nõnulli ſcribũt: quẽadmodũ Aetius. Cornutus etiam hic ſerpens eſt, qua in parte id non eſt diſsimulandum, ἀμφιβολογικῶς dictum eſſe à Nicandro:

τοῦ μὲν ὑπερνιφόεντα κεράατα δοιὰ μετώπῳ
ἔγκειται, πάρνοπι φάη λογάδας τε προσεικής.

Cùm illud ὑπερνιφόεντα tam ad oculos, quàm ad cornua referri poſsit, & ſi ad oculos referatur illud epitheton, non tantum ſignificabit oculorũ colorem, quantũ mortiferum

funeſtumq́;

funestumq́; visum. Nam oculi Hæmorrhis, vt Aetius tradidit, igneo colore fulgent, & Scholiastes διαπύρους habere oculos scripsit: in quibus tamen candidæ partes perinde ac locustis cādent. Neq; in his nos certi quidpiā afferre possumus, cùm id serpentis genus nunquam viderimus. Hoc tamen possumus asseuerare, non carere menda, quod scriptū est apud Aetiū, rectà perreptare hanc feram, cùm Nicander apertè scribat δοχμὰ, hoc est, obliquè incedere, in Cerastæ morem. Cui cùm venter squamarum rigeat duritia, dum graditur, perinde ac si per siccatos culmos graderetur, sonitum edit.

Νύγματι δ' ἀρχομένῳ μὲν ὑπιτρέχει ἄχροον εἶδος
Κυάνεον, κραδίην δὲ κακὸν περιτέτροφεν ἄλγος,
Γαστὴρ δ' ὑδατόεσσα διέσσυτο, νυκτὶ δὲ πρώτῃ,
Αἷμα δι' ἐκ ῥινῶν τε, καὶ αὐχένος, ἠδὲ καὶ ὤτων,
Πιδύεται, χολόεντι νέον πεφορυγμένον ἰῷ.
Οὖρα δὲ φοινίσσοντα κατέδραμεν, αἱ δ' ὑπὸ γυίοις
Ὠτειλαὶ ῥήγνυνται, ἐπειγόμεναι χροὸς ἄζῃ.

Sed primū in plaga accurrit malus vndiq; vul-
Cyaneus; presso vehemēti corde dolore: (tus
Turgidus at venter crepitat: sed vespere primo
Naribus, & collo pariterq; ex auribus atra
Sanguinis vnda fluit, viroso felle subacta.

Atq; cruentatum lotium discurrit, & artus
Fœdantur tabo fractus vibicibus atris.

Tenuius multò est huius virus, quàm Cerastarum, aut Viperæ, magisq; ad penetrandum idoneũ. Propterea statim in cor se insinuat, præcipuam corporis arcem, inibiq; feruidum cõmouens incendium, vniuersum sanguinem calefaciens, ipsum ebullire vehementer cogit. Vnde ex naribus, & auribus, ob craßißimas venarum propagines, quæ in cerebri membranis continentur, diruptis nimio feruore vasis, sanguinis scaturigo manat. Nec mirum sanè est, concitatum ex feruore spiritum vasa dirumpere, cùm & vtres, & dolia disrumpat, in musto ferueſcente accumulatus. Quin & vsqueadeò hic feruor, ob veneni pestilentem vim, augescit, vt totius corporis venæ, nõ amplius spirituum copiam continere valentes, penitus diffringantur. Quare prius vibicibus quibusdam atris vniuersum corpus liuescit, qui mox nimio sanguinis feruore fatiscunt. Aetius videtur ex his carminibus intellexisse, diffringi corporis cicatrices omnes, etiam si senuerint, his quos Hæmorrhus momorderit, quod & Dioscorides scripsit. Sed Scholiastes Nicandri, quemadmodum nos sumus interpretati, videtur locũ intellexisse, Nam ὠτειλὴν id quod diximus significare constat.

Μήποτέ τι θήλει' αἱμοῤῥοῒς ἰὸν ἐνείῃ,
Τῆς γὰρ ὀδαξαμένης, τὰ μὲν ἀθρόα πίμπραται ἕλκα,
ῥιζόθεν ἐξ ὀνύχων δὲ κατείβεται ἀστεγὲς αἷμα,
Οἱ δὲ φόνῳ μυδόωντες ἀναπρίουσιν ὀδόντες.

Sed

Sed caue ne diros infligat fœmina morſus,
Nam tunc ardeſcũt gingiuæ protinus omnes,
Ac ſummus ſtillat ſanguis ex vnguibus, atque
Dentibus infrendent, perfuſi ſanguine corpus.

Fœminæ virus grauius ſemper eſſe, ſæpius diximus. Propterea non eſt mirum (cum Hæmorrhi morſum, quæ dicta non adeò pridem ſunt, ſequantur) ſi mordente fœmina, magis ſæuiente veneno, ſanguinemq; impenſius inflammante, etiam extremi artus fatiſcentes diſrumpantur: multoq; facto per corpus vniuerſum ſanguinis fluxu, conuulſio tandem accedat: quod ſanè ſtridor dentium oſtendit. Hoc veneni genere, Romæ dudum confectos magnates quoſdam audiuimus. Ac paratur (vt credimus) huius ſerpentis dentibus, aut ſpinis in pulucrem redactis, aut alioqui cruore. Cæterum ſunt, alia quæ miſcere norunt venefici homines, quorum ſcientiam ignoraſſe, multò quàm tenuiſſe eſt ſatius. Huic ergo veneno reluctabimur, in ſumma, medicamẽtis, quæ fluori ſanguinis accommodata ſunt. Vulnusq; folijs vitis coctis, ac melle tritis illinemus; aut portulacæ folia imponemus cum polenta. Quin & priuſquam cruenta prodeat vrina, allium multum edere fuerit ex vſu, vinumq; dilutũ liberalius haurire, vomitumq; frequenter concitare, adhibereq; theriacam antidotum. Cibus ex piſcibus cũ allio coctis præſcribatur. Plaga frigida aqua proluatur, et Veſicca foueatur ſpõgijs calidis. Per os autẽ Hæmorrhi ipſius caput crematũ vtiliter potui datur, aut ſcordion herba cũ irino oleo, & vuæ paſſæ.

Εἰ γ' ἔτυμον, ζοίνθῳ ἴσα' ἐχαλέψατο φύλλοις

Αἰν' Ἑλένη, ὅτε νῆα πολύστροιβον περὶ Νεῖλον
Ἔστησαν, Βορέαο κακὴν προφυγόντες ὁμοκλήν,
Ἦμος ἀναψύχοντα κυβερνητῆρα Κάνωβον,
Θώνιος ἐν ψαμάθοισι ἀθρήσατο, τύψε γὰρ αὐτοῦ
αὐχέν' ἀποθλίψασα, καὶ ἐν βαρὺν ἤρυγεν ἰὸν
αἱμοῤῥοῒς θήλεια, κακὸν δέ οἱ ἔχραε κοῖτον. (θης
Τῷ δ' Ἑλένη μέσον ὁλκὸν ἀνέκλασε, θραῦσε δ' ἀκάν-
Δεσμὰ πέριξ νωταῖα, ῥάχις δ' ἐξέδραμε γυίων.
Ἐξόθεν αἱμοῤῥόοι, σκολιοπλανέες τε κεράσται,
Οἷοι χωλεύουσι κακηπελίῃ βαρύθοντες.

Sed referũt, quãdo ex Troia remearet ad argos
(Si ſtat fama tamen) angues odiſſe feroces
Pulchrã Elenã; ſiquidẽ boreæ fugiẽdo procellas
Appulit ad littus Nili, ſalijtq; Canobus
In terram lætus, quem vidit Thonius audax
Percuſſus collum, reuomens tunc ergo cruorem,
Inuaſitque virum, ſtruxitq; cubilia mortis.
Iracunda tamen dorſalia vincula monſtri
Proſiliens Elena abrupit, cõuulſáq; ſpina eſt.
Atq; hinc Hæmorrhi, titubantes atq; Ceraſtæ,
Vacillant

Vacillant ſoli grauiter præ vulnere preßi.

Amplificat Hæmorrhi hiſtoriam fabuloſa quadam narratione, cuiuſmodi ſolet per interualla attexere, quo leniat, mulceatq́; paululum legentium animos: ne ardua, ſeriaq́; lectionis ſobrietas faſtidium pariat. Quando ergo ſuperata Troia Menelaus conſorte ſua potitus, Argos repeteret, maximo boreæ turbine, ad Nili ora deturbatus eſt. Cumq́; Canobus nauclerus ob littoris præſentiam gauderet, voluit in arena egreſſus refocillari, qui incautus, pede Hæmorrhoidis ceruicē cōpreßit: Hæc verò indignata inuaſit hominē, morſuq́; confecit. Helena tunc grauiter ferens naucleri mortem, irata maximè baculo dorſum ſerpentis confregit: vnde contigit in poſterum non poſſe rectam traducere viam huiuſmodi ſerpentes. Thonium autem Hemorrhoida vocauit hac in parte, quoniam Thonos nomine rex quidam in Aegypto regnauit, vnde ab illo nomen inditum eſt ſerpenti, quòd nimirum in Aegypto res geſta ſit.

Ἐν δ' ἂν σηπεδόνος γνοίης δέμας, ἀλλ' ὁμὲν εἶδος
Αἱμόῤῥῳ σύμμορφος, ἀτὰρ στίβον ἀντί' ὀκέλλει,
Καὶ κεράων δέμας ἔμπλην ἄμμορον, ἡ δὲ νυ χροιὴ
Οἵη περ δάπιδος λασίης πολυδέδρομε τόρφει,
Κρᾶατι δ' ἐμβαρύθει, ἐλάχεια δὲ φαίνεται οὐρὴ
Ἐσσυμένη, σκολιὴν γὰρ ὁμῶς ὑποτείνεται ἄκρην.

Sepedonis formam cognoſces, corpore nanq;
Æmorrho ſimilis, graditur veſtigia firmās

Recta, haud vlla tamẽ gestat hic cornua frõte,
Sed color est varius, qualisq; tapetis amœni,
Et grauitate caput nutans, extremaq; cauda
Pumila dum graditur, nõnilq; reflexa sub imo.

Sepedona similem Aemorrho describit: nõ addit tamen magnitudinem, nisi velit & forma, & mole corporis Aemorrho esse consimilem. Aetius tamen duorum cubitorum longitudine vastum hunc serpentem describit, quem Sepa nominat (quanquam Seps propriè lacertæ genus sit) qui ex crasso in tenuem sensim abeat, perinde ac Hæmorrhus, differt tamẽ ab eo ingressu, neq; enim vt ille obliquè progreditur, gyros, flexusq; intorquens, sed rectà potius; qua in parte Gyllius non videtur Nicandri mentem exactè tenuisse, cùm dicat, non rectà hunc serpentem incedere. Colore autem varius admodum est, neq; cõmodius poterat alteri rei quàm tapeti cõparari, in quo varij colores in vnũ congesti simul sunt; quo visus recreari ipsis poßit. Cæterum hic cùm ambulat, extremum caudæ intorquet, ita vt, quæ longa alioqui ipsi inest, breuis, contractaq; appareat.

Τῆς δ' ἤτοι ὀλοὸν καὶ ἐπώδυνον ἔπλετο ἕλκος
Σηπεδόνος, νέμεται μέγας ἠδ' ὀλοφώϊος ἰὸς
Πᾶν δέμας, αὐαλέη δὲ περὶ χροῒ καρφομένη θρὶξ
Σκίδναται, ὡς γήρεια καταψυχθέντος ἀκάνθης.
Ἐκ μὲν γὰρ κεφαλῆς, καὶ ὀφρύος ἀνδρὶ τυπέντι

ῥαίνονται, βλεφάρων δὲ μέλαιν' ἐξέφθιτο λάχνη.
Ἄψεα δὲ προχέοντα, ὑποστίζουσι μὲν ἀλφοί,
λεῦκαι τ' ἀργινόεσσαν ἐπ' ἂρ σεύονται ἔφηλιν.

Fœmina ſed vulnus dirum ciet, atq; moleſtum,
Ac teneros ſtatim virus depaſcitur artus,
Exuctóque humore pilus dilabitur omnis,
Non ſecus ac pappi vento perflante fatiſcunt.
Nam capite ex ſummo, cilijsq; reuulſus iulus
Diffluit; ac omnis nudatur palpebra crine,
Membrorumq; teres compago candicat alphis,
Et leucis etiam, quas mox comitatur ephelis.

Vulnus quod ſepedon inflixit, acerbitatis plurimũ habet; nam eſt in hoc ſerpente immanis pernicies. Virusq; paſcendo celerrimè vniuerſum corpus populatur, ipſum tandem in putredines reſoluens: vnde & nomen ſerpenti inditum eſt. Valet autem maximè rodendo, quo fit, vt eo capillorum radices erodantur, atq; ita deficiente nutrimẽto diffluant, non aliter ac ſpinarum pappi, ob ingentem ſiccitatem. Cæterum vi veneni peſtilenti naturalis corporis facultas propemodum extinguitur; vt non poßint partes ſingulæ diſtributum alimentum in ſuam permutare naturam, indeq; fœdis quàm plurimis maculis, habitus totius corporis conſpurcetur, quas medici modò ἄλφους, *modò* λεύκας, *modò* ἐφήλιδας *nominant. Propriè autem* ἄλφους *dicunt*

decolores

decolores maculas, seu candidas, seu nigras, quæ nõ admodum in profundum subierunt, λεύκας autem, quæ penitius subiectam carnem attingunt, ἐφήλιδας verò eas, quæ ob nimiam in sole moram contrahũtur, aut quæ illarũ gerunt similitudinẽ, cuiusmodi solent mulieribus in fronte potissimum obtingere, nõ leuiter molestæ venustati. Nicander autem, quemadmodũ Scholiastes adnotauit, videtur illorũ sententiæ subscripsisse, qui ἄλφους, & λεύκας veluti præparamenta esse putabant, ad ἐφήλιδας. Quare ἔφηλις ex horum sententia non aliud alphis, ac leucis addet, quàm pertinatiorem in cute, magisq; fixam affectionem.

Ναὶ μὴν διψάδος εἶδος ὁμώσεται αἰὲν ἐχίδνῃ
Παυροτέρῃ, θανάτου δὲ θοώτερος ἵξεται αἶσα,
Οἷσιν ἐνισκίμψῃ βλοσυρὸν δάκος. ἤτοι ἀραιὴ
Αἰὲν ὑποζοφόωσα μελαίνεται ἄκροθεν οὐρή.

Atqui dipsas habet par vndiq; corpus Echidnæ
Non magnæ, verùm citius perueniet ipsa
Parca rigens mortis, lethali dente petito.
Est truculenta nimis, caudam saturata nigrore.

Dipsas nomina plurima inuenit: nam a siti ingenti, quam inducit Dipsas, ab vrendo Præster, à forti incendio Causus nominatur. Sunt & qui Centrida, & Ammobatem, & Melanurum etiam à caudæ nigrore cognominent. Viperæ paruæ speciem gerit: sed veneno multo est truculentior, celerius'que quàm illa interficit. In maritimis

præsertim Arabiæ, Africæq; nascitur, notas habet per omne corpus fuluas, & nigras, caput habet angustius viperino, caudam saturari nigroris. Eam Sostratus cùm albam esse dicit, tum duas in cauda lineas nigras habere.

Δήγματι δ' ἐμφλέγεται κραδίη πρόπαν, ἀμφὶ δὲ καύσῳ
Χείλε' ὑπ' ἀζαλέης ἀζαίνεται ἄβροχα δίψης.
αὐτὰρ ὅγ' ἠΰτε ταῦρος ὑπὲρ ποταμοῖο νενευκὼς
Χανδὸν, ἀμέτρητον δέχεται ποτὸν, εἰσόκε νηδὺς
Ὀμφαλὸν ἐκρήξειε, χέει δ' ὑπεραχθέα φόρτον.

Cor mordente fera feruescit protinus omne,
Quin & hiulca siti finduntur labra dolentis.
Nec secus ac taurus fluuij se ingurgitat vnda,
Non cessans donec crepitans iam venter hiulco
Fragmine dissiliat, fundēs graue pōdus aquai.

Qui à Dipsade percussi fuerint, his protinus inextinguibili æstu ardent præcordia, sitisq; inexhausta succedit, quam nec iugi aquæ potione possint extinguere. Quare duorum alterum sequatur necessum est, aut deuri ægrotantem, cōficiq; tandem valida, insuperabiliq; siti, aut multo potu distenta aluo disrumpi.

Ὠγύγιος δ' ἄρα μῦθος ἐν αἰζηοῖσι φορεῖται,
Ὡς ὁπότ' οὐρανὸν ἔχε Κρόνου πρεσβύτατος υἱός,

Νειμάμενος

Νημάμενος κασίεσιν ἑκὰς περικυδέας ἀρχὰς
Ἰδμοσύνῃ, νεότητα γέρας πόρεν ἡμερίοισι
Κυδαίνων, δὴ γὰρ ῥὰ πυρὸς ληΐστορ' ἔνιπτον
Ἄφρονες, οὐ μὲν τῆς δὲ κακοφραδίης ἀπόναντο.
Νωθεῖ γὰρ κάμνοντες ἀμορβεύοντο λεπάργῳ
Δῶρα, πολύσκαρθμος δὲ κεκαυμένος αὐχένα δίψῃ
Ῥώετο, γωλειοῖσι δ' ἰδὼν ὁλκήρεα θῆρα
Οὐλοὸν, ἐλλιτάνευε κακῇ ἐπαλαλκέμεν ἄτῃ
Σαίνων. αὐτὰρ ὁ βρῖθος ὃ δὴ ῥ' ἀνεδέξατο νώτοις
Ἤτεεν ἄφρονα δῶρον. ὁ δ' οὐκ ἀπανήνατο χρειοῖ.
Ἐξότε γηραλέον μὲν ἀεὶ φλοιὸν ἑρπετὰ βάλλει
Ὁλκήρη, θνητοὺς δὲ κακὸν περὶ γῆρας ὀπάζει.
Νοῦσον δ' ἀργαλέην βρωμήτορος οὐλομένη θὴρ
Δέξατο, καί τε τυπῇσιν ἀμυδροτέρῃσιν ἰάπτει.

Atqui inter iuuenes antiqua hæc fabula fertur.
Cùm primum Æthereo regnasset Iuppiter orbe,
Fratribus aßignãs longe inclita regna seorsum,
Dedit & ipse viris insignia dona iuuentæ.
Scilicet exultans, ignis quòd iurgia furi
Dixissent, sed hæc merces nil profuit illis,

 Amentes

Amentes siquidem segni imposuere iumento
Munera, quod sitiens siccato gutture ob æstum
Succumbens oneri, conspexit reptile longum
Ad fontem, supplexq́; graui succurrere morbo
Postulat; ast illud petijt graue pondus aselli,
Allatum dorso, neq; tunc pugnauit egenus.
Inde ferox anguis iuuenescit dote quotannis,
Mortalesq́; omnes inuadit dura senectus,
Atq; tulit serpens morbum rudentis aselli,
Inuadens homines funesto vulnere dentis.

Fabula hac nõ illepida Nicander, tum segnes inter eundum esse Dipsadas, tum sitim ingerere percußis, tum senectam deponere quotannis, indicare nititur. Habetur autem hæc apud Sophoclem ἐν κωφοῖς, hunc in modũ. Prometheus quondam viuacem ex Aethere ignẽ furatus est; quem lacessebant mortales, iugiter ab eo efflagitantes longæuam vitam, quam cùm nõ posset omnibus elargiri, indignatũ illi mortale genus est, ipsumq́; vt furem quotidie increpabãt: Qua de re gauisum Iouẽ illis dono dedisse iuuentutẽ sempiternam ferũt: ipsi stolidi ac insensati susceptum munus asino ferendum tradiderunt, vnde in adagiũ venit ὄνῳ τὰ ἀναγκαιότατα ἐπίθηκας. id est. Asino maximè necessaria cõmisisti. Porrò illum tum itineris longitudine, tum ponderis mole grauatum, sitiq́; immensa pressum, ad fontẽ quendam appulisse dicunt. Cumq; iam iam gustaturus esset aquam,

eueſtigio Dipſada quandam inſiluiſſe, quæ illũ arceret à potu. Tum ille ſupplex rogauit ſerpẽtem, vt potũ laſſo cõcedere vellet, quæ non prius id facturam ſe eſſe dicebat, q̃ onus dorſo allatũ deponeret, ſibiq; traderet. quod ſanè aſinus neceßitate compulſus, haudquaq̃ recuſauit. Atq; hinc factum eſt, vt iuuentute ſerpentes potirentur, homines verò dura confecti ſenectute perirent; tum etiam aſini ſitim ſerpens ſimul cum dono reciperet, quam ſoleat incutere his, quos momorderit. Hæc ſanè eſt antiqua fabella, quam cùm intra memetipſum frequentius conſidero, videor planè mihi vetuſti illius ſerpentis aſtum percipere, ſimul & primi parentis ſtultitiam: qui per imprudentiam perpetuæ iuuentutis decorem ſibi ab Optimo Maximo Deo dono datum amiſerit, dum illũ ſegni lepargo, hoc eſt, ſenſualibus cupiditatibus concredidit. Ecquid quæſo ingens illa ſitis eſt, quam nec vaſtæ etiam aquarũ illuuies, ſedare poßint, quàm cupiditatũ inordinatæ, effrænæq; voluntatis noſtræ ingens numerus? quam nõ poßint planè vel vniuerſi ipſum explere ſeculi huius fluctus, quod ob aquarum multitudinem, mare ab ſcriptura ſacra nominatur, Pſalmo. 106. Qui deſcendunt in mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis. Sed et illud obſecro, quòd fabulam hanc ogygiam, id eſt, antiquam valde, vetuſtamq; dicat, nónne cum hac allegorica veritate conſentit? Hæc autẽ quanq̃ videamus iam paululum ab inſtituto noſtro diſcedere, voluimus tamen ſignificare, quo notũ fieret, antiquas poëtarũ fabellas, nõ eſſe omnino temerè confictas: quod apertè Heraclides Ponticus in Homeri allegorijs oſtendit.

Νῦν δ' ἄγε χερσύδροιο καὶ ἀσπίδος εἴρεο μορφὰς

Ισαίας, πληγῇ δὲ κακήθεα σήματ' ὁμαρτεῖ.
Πᾶσα γὰρ αὐαλέη ῥινὸς περὶ σάρκα μυδαχθὴς.
Νειόθι πιτναμένη, μυδόεν τεκμήρατο νύγμα,
Σηπεδόσι φλιδόωσα, τὰ δ' ἄλγεα φῶτα δαμάζει
Μυρία, πυρπολέοντα, θοαὶ δ' ἐπὶ γυῖα χέονται
Πρηδόνες, ἄλλοθεν ἄλλαι, ἐπημοιβοὶ κλονέουσαι.

Nūc age Cherſydri (qui par eſt aſpidi) formam
Diſcito, ſed plagā ſymptomata ſæua ſequūtur.
Nam quæ membra cutis cōueſtit carnea circum
Funditus vda ſcatens ſanioſo humore fatiſcit,
Laxa putredinibus, victusq; laboribus æger
Succumbit multis, feruentibus, atq; per artus
Erumpunt ſcabies, hinc inde ingente tumultu.

Hunc ſerpentem Latini Natricem, Dioſcorides verò *Hydrum nominat, & ſanè varijs eſt nominibus donatus. Nam quòd in principio quidem, in aquoſis degat locis, veluti paludibus, ac ſtagnis hanc hydri appellationē adeptus eſt,* Natrixq; à Latinis appellatur. *Sed cùm reſiccatis paludibus, ob ingentes æſtus, cogitur per arida loca vagari, tūc ſanè multò eſt truculentior, mutataq; natura nomen etiam aliud indipiſcitur. Siquidem in humectis locis, ex humido victu veneni acrimonia diluitur; neq; ipſum ſyncerū vſq;= quaque ſeruat, ac purum. Quum verò terreſtris fit, ſicci=*

tate virus exacuit, maximeq; merum, & nocentius id adquirit. Propterea tunc appellatur Chersydrus, quasi terrestrem Hydrum quis dixerit. Hic forma Aspidem videtur æmulari non magnam, præterquàm quòd ceruicem non ita latam habet. Hoc enim insigne solum Aspides præ his habere videntur. Morsu hic sæuam per vniuersum corpus commouet putredinem, ex qua fœtor abominabilis expirat, cor & vniuersum corpus ardescit: vertigine oculi turbantur, exoluuntur membra omnia, viresq; deficiũt, vomitus vrgent biliosi, ac fœtidi. Membra contremiscunt, exoluta facultate. Mors autem intra tres dies accedit.

Ὃς δή τι πρεὶν μὲν ἐνὶ βροχθώδεϊ λίμνῃ,
Ἄσπειστον βατράχοισιν φέρει κότον, ἀλλ' ὅταν ὕδωρ
Σείριος ἀζήνῃσι, τρύγη δ' ἐνὶ πυθμένι λίμνης,
Καὶ τόθ' ὅγε ἐν χέρσῳ τελέθει ψαφαρὸς, τε καὶ ἄχρους,
Θάλπων ἠελίῳ βλοσυρὸν δέμας, ἐν δὲ κελεύθοις
Γλώσσῃ ποιφύγδην νέμεται διψήρεας ὄγμους.

Hic primum in stagnis furiosa percitus ira
Insequitur ranas, verùm cùm Sirius ardens,
Humore exhausto fæcem combusserit omnem,
Tunc salit in terrã squalens, et puluere plenus,
Sole fouens corpus truculentũ, ac inter eundum
Sufflando lingua, sitientes vastat aristas.

Naturam Cherſydri his carminibus Nicander explicat: apertumq́; hinc eſt, non leuem ex ſqualore ſoli, ac Sirij feruore veneno conciliari acrimoniam. Cùm ex ſufflando ſolum, exſiccare poßit ſegetum culmos, tam peſtilens halitus, truculento ex ore efflatur.

Τὸν δὲ μετ' ἀμφίσβαιναν ὀλίζονα, καὶ μινύθουσαν,
Δήεις ἀμφικάρηνον, ἀεὶ γλήνῃσιν ἀμυδρὴν,
Ἀμβλὺ γὰρ ἀμφοτέρωθ' ἀμφὶ προὔχουσί κε γένειον
Νόσφιν ἀπ' ἀλλήλων, χροιὴ γεμιγὴ ἠΰτε γαίης
Ῥωμαλέον φορέουσα περιστιγὲς αἴολον ἔρφος.

Præterea occurrit gracilis, pariterq́; puſilla,
Amphisbæna biceps: ſemper cui lumina nube
Caligant denſa, nam palpebra nutat vtrunq;
Ad caput obtuſior, verum color æquus arenæ,
Robuſto in corio variato ſtigmate multo.

Monſtroſus hic ſerpẽs eſt, duplicíq; præditus capite, quorum altero caudæ loco vtatur, cùm aliquo neceſſe habet progredi, rurſus ſi ei retrocedere ſit opus, quod caudæ loco geſtabat, pro capite vtitur. Vnde apud Græcos ἀμφισβαίνης nomen inuenit. Cùm hoc animal mordet, vix vulnus aliquod apparet inſigne, ſed quales ſunt muſcarũ puncturæ, locusq́; inflammatur & exardeſcit, perinde vt in Veſparum ictibus, ſimiliáq; ipſi conducunt, his quæ Veſparum ſtimulis adhibentur, ſed vehemẽtiore facultate. Neq; enim

enim enecat huius morsus, tametsi multũ facessat negocij. Quare Dioscorides consimilia demorsos ab Amphisbæna pati recenset, his quæ sunt de Vipera conscripta, non tamen sunt vsqueadeo sæua. Est tamẽ Amphisbæna gracilis, pusillaq; instar lumbrici terrestris, quo piscatores vtũtur ad capiendos pisces. Vtrinq; in capitibus oculos habet caligantes, quòd palpebra nimirũ obtusior, aut genæ crassitudo impedimento ei sit, ne eminus cernere possit, robusto armatur corio pro corporis mole, fului coloris, multis maculis variegato.

Τὴν μὲν ὅθ' ἀδρώωνται, ὀροιτύποιο βατῆρα
Κόψαντες ῥάδικα πολυστεφέος κοτίνοιο,
Δέρματος ἐσκύλευσαν, ὅτε πρώτιστα πέφανται,
Πρόσθε βοῆς τέττιγος νεαρτέρου, ἠδ' ἀνίνησιν
Ῥινῷ διαπταθέοντας, ὅτ' ἐν παλάμῃσιν ἀεργοὶ
Μάλκαι ἐνιπεθέωσιν, ὑπὸ κρυμοῖο δαμέντων.
Ἠδ' ὁπόταν ξανάα νεύρων κεχαλασμένα δεσμά.

Hanc capere vt potuit primũ lignator adultam
Exuuijs spolians, oleastri ex arbore cæsum,
Conuestit baculum, tereti serpentis amictu,
Ante crepẽt querulæ quàm rauca voce cicadæ.
Hæc si quando cutis densissima frigora brumæ
Senserit, & palmas torpens comprenderit algor

Proderit, extẽdens gelidos torpedine nexus.

Cùm in aliorum omnium ſerpentium hiſtoria hactenus recenſuerit Nicander, quæ inferũt damna, ſolius Amphiſbænæ meminit ad ſalutarem ruſticorum vſum, quibus per frigora interdum manus adeò torpeſcunt, vt eis ſit neceſſum deſiſtere ab inceptis operibus. Eſt igitur nõ contemnendus, pellis Amphisbænæ vſus, quam baculo oleaſtri inuolutam ferunt, omnem depellere frigoris ſenſum, laxareq; nexus, qui alióqui algore torpeſcentes rigebant.

Δήεις καὶ σκυτάλην ἐναλίγκιον ἀμφισβαίνῃ,
Εἶδος, ἀτὰρ πάχετός τε, τόσον ὀλίζω δ' αὐλὴν ἔπι σειρήν,
Πάσσον', ἐπεὶ σκυτάλης μὲν, ὅσον τορυσμίνοιο τέτυκται
Στειλειῆς πάχετος, τῆς δ' ἕλμινθος πέλει ὄγκος,
Ἠὲ καὶ ἔντορα γῆς, οἷα τρέφει ὄμβριμος αἶα.
Οὐ γὰρ ὅτ' ἂν χαράδρεια λίπῃ, καὶ ῥωγάδα πέτρην
Ἦρος ἀεξομένου, ὁπόθ' ἑρπετὰ γαῖα φαείνει,
Ἀκρέμονος μαράθοιο χυτὸν περιβόσκεται ἔρνος,
Εὖτ' ἂν ὑπ' ἠελίοιο περὶ φλόον ἄψεα βάλλῃ.
Ἀλλ' ἤγ' ἀρπέζαις τε, καὶ ἐν νεμέεσσι πεσοῦσα,
Φωλέα βαθύπνοος, ἀπ' εἰκαίης δὲ βοτεῖται
Γαίης, οὐδ' ἄρα δίψος ἀλδύεται ἱεμένη περ.

Iam verò et Scytalem poteris cognoſcere; forma

Prædictæ

Prædictæ ſimilem, ſed corpus craßius ipſi,
Caudaq́; procerior, capulo exæquanda ligonis.
Amphisbæna tamen ſimilis eſt vermibus, vda
Quos genuit terra, eiusq́; inteſtina vocantur.
Hæc linquit cũ luſtra, aut fiſsã fragmine petrã
Vere nouo, quando tellus vaſta agmina pandit
Serpentũ, haud vnq̃ carpit fœnicla vorando,
Dum ſpoliata nouæ exultet ſplendore iuuentæ.
Sed requieſcit iners, montis radice ſepulta,
Somno preſſa graui, tenuiq́; vligine terræ
Paſta, ſitim nunquam potuit vitare moleſtam.

Non ſolum forma Scytale, & Amphisbæna ſimiles ſunt ſed veneno etiam. Differt ergo Scytale ab alijs ſerpentibus, quòd non abeat ex craſſo in tenuem, ſed æqualis craſſitudinis per totum corpus exiſtat, vt cognitu ſit difficile vtra in parte aut caput, aut cauda ſita ſint. Tum etiã quòd non vt alij ſerpentes vere ex latibulis erũpat, fœniculiq́; ramos voret, quo tempore ſolent etiam ſenectam deponere. Sed tunc maximè, iners, ſegnisq́; in montium radicibus ſepulta obdormiat, ibique terræ vligine ſe expleat, nec, poßit tametſi crucietur ardua ſiti, ob ſegnitiem, ad potum ſe conferre. Ex his Chalcidicam ferunt eſſe ſæuiorem veneno, ab eaq́; demorſos eadem prorſus, quæ morſos à Vipera ſequi ſolere ſymptomata.

Τεκμαίρευ δ' ὀλίγον μὲν, ἀτὰρ προφερέστατον ἄλλων
Ἑρπηστῶν βασιλῆα, τὸ μὲν δέμας ὀξυκάρηνος,
Ξανθὸς, ἐπὶ τρία δῶρα φέρων μῆκός τε, καὶ ἰθύν.
Οὐκ ἄρα δὴ κείνου σμεραχθέα κνώδαλα γαίης
Ἰϋγὴν μίμνουσιν, ὅτ' ἐς νομὸν, ἠὲ καὶ ὕλην,
Ἠὲ καὶ ἀρδηθμοῖο, μεσημβρινὸν ἀΐξαντος,
Μάρονται, φύζῃ δὲ παλιντροπέες φορέονται.

Eia age iam paruum, ſed qui præſtantior omni
Regem noſce potes, corpus cui vertice acuto
Fulueſcit, palmo triplici procerus vbiq;.
Hunc ſi quãdo feræ torquẽtes corpus in orbem
Sibila promentem (medio cùm paſcua in æſtu,
Per ſyluas quærit, potum'ue ardentius optat)
Comprendant, retro fugiunt per deuia furtim.

Baſiliſci virus longo interuallo alia omnia ſuperat venena. Hunc Cyrenaica generat prouincia drodantali longitudine, non vt ſerpentes alij, flexu multiplici incedentem, ſed erecto corpore, caudæq́; innitentem. Sibilo omnes alias fugat feras, & vt Archelaus ait, cùm ad depaſcenda cadauera in Africa maxima ſerpentiũ, ferarumq́; vis confluat, ſi audiatur Baſiliſci ſibilus, omnes ſe ſtatim in cauernas, infrá'ue arenam abdunt, illeq́; ſolitarius in tranquilla

pacis

pacis libertate se explet. Postea verò quàm pransus est, repetito sibilo, latitantibus serpentibus indicia tradit, se iam pransum ex cadaueribus abire. Necat autem frutices non contactos modo, verum & afflatos, exurit herbas, rumpit saxa, visu hominibus mortem infert. Si baculo tametsi prolixo contingatur, mordeatq; extremum illius, & baculi etiã dominus necatur; Et si hasta ex equo transfigatur, discurrente per hastam veneno, non equitem modo, sed equum etiam interficit, tam ingens, efferataq; est veneni huius immanis pernicies: cui non aliud quàm Mustellarum virus exitio est.

Τύμματι δ' ἐμπρήθει φωτὸς δέμας, αἱ δ' ἀπὸ γυίων
Σάρκες ἀπορρέουσι, πελιδναί τε, ζοφεραί τε.
Οὐδέ τις οὐδ' οἰωνὸς ὑπὲρ νέκυν ἴχνια τείνας
Αἰγυπιοί, γῦπές τε, κόραξ τ' ὀμβρήρεα κρώζων,
Οὐδὲ μὲν ὅσσα τε φῦλ' ὀνομάζεται οὔρεσι θηρῶν
Δαίνυνται, τοῖσιν περ ἀϋτμία δεινὸν ἐφαίνει.
Εἰ δ' ὀλοὴ βούβρωστις ἀϊδρείῃσι πελάσσει,
Αὐτοῦ οἱ θάνατός τε, καὶ ὠκέα μοῖρα τέτυκται.

Dum ferit, ardescit percussum corpus: & altis
Membris atra caro stillat liuore nigrescens.
Nulla rapax animans audet tractare cadauer;
Nõ aquila, aut vultur, nõ coruus nũcius imbris.

Nec quotquot montes lustrant armenta ferarũ
Gustabunt carnes, tanta est violentia odoris.
Quod si fortè fame victus concurrerit ales,
Iam subitò exanimis soluet temerarius orsus.

Ex his quæ Nicander refert, atque ex illis, quæ à nobis paulò ante dicta sunt, immanis huius veneni pernicies depræhẽditur. Quod autẽ aut sibilans auditus, eos qui ipsum audierunt tollat, aut visu sit tam pestifero, vt conspectos ab ipso protinus interimat, nõ video sanè aliquem remedij locũ aduersus huius virus existere. Quare cum Aetio vanum, & superfluum ducimus cõtra eum auxilia referre.

Κῆρα δ' ἔτι δρυΐναο πιφάσκεο, τὸν ἢ χέλυδρον
Ἐξέτεροι καλέουσιν, ὁ δ' ἐν δρυσὶν οἰκία τεύξας,
Ἢ ὅγε που φηγοῖσιν, ὀρεσκῴα περὶ βήσσας.
Ὕδρον μὲν καλέουσιν, μετεξέτεροι δὲ χέλυδρον,
Ὅς τε βρύα προλιπὼν, καὶ ἕλος, καὶ ὁμήθεα λίμνην,
Ἀγρώσσων λειμῶσι μολουρίδας, ἢ βατραχίδας,
Σπέρχεται ἐκ μύωπος, ἀήθεα δέγμενος ὁρμήν.
Ἔνθα κατὰ πρέμνον κοίλης ἀπεδύσατο φηγοῦ
Ὀξὺς ἀλεὶς, κοῖτον δὲ βαθεῖ ἐνεδείματο θάμνῳ.
Αἰθαλόεις μὲν νῶτα, κάρη γε μὲν ἀρπεδὲς αὔτως
Ὕδρῳ εἰσκόμενον, τοῦ δ' ἐκ χροὸς ἐχθρὸν ἄηται,

οἷον ὅτε πλαδόωντα περὶ σκύλα, καὶ δέρη ἵππων
γναμπτόμενοι μυδόωσιν ὑπ' ἀρβήλοισι λάθαργοι

Sed tibi iam dryinæ pestẽ memorabo; Chelydrũ,
Quem multi appellãt: qui querna latibula tẽdẽs;
Fagina seu potius, per valles semper oberrat.
Quin alij appellãt Hydrũ, rursusq; Chelydrũ.
Hic linquens muscos, stagnantes atq; paludes,
Dum ranas sequitur, vastãs per prata locustas;
Vrgetur grauiter sæuo Crabrone petitus,
Atq; cauas statim latebras conscendere fagi
Festinat fugiens, denso se in cespite condens.
Huic dorsum nigricat: pandũ caput esse videtur
Atq; Hydro simile, horrẽdum q̃ corpore fœtẽs:
Vtq; solet corium sanie, taboq́ue cruentum
Dum tractatur equi tetrũ spirare putorem.

Hic serpens non facilè potest, improuidum hominẽ inuadere: fœtore enim statim deprehenditur: vnde si quis ipsum non videat, loci tamen teterrimũ admirabitur odorem. Neq; potuit sanè commodius ipsius fœtor explicari, quàm fecit Nicander, qui vlceribus iumentorum sanie, ac vermibus plenis, omniq; immũditia sordidioribus, eius odorem comparauit. Neq; simpliciter vlceribus his olidis, sed

cùm tractantur à mulomedicis, ferramentis ad id negociū accommodatis, quando ipsorum maximè fœtor naribus ita molestus est, vt nō possit aliquo tollerari pacto. Abundant tamen hi serpentes magis iuxta Hellespontum, latibulaq́; habent in roborum, aut fagorū caudicibus, obesi, ac squamis perquam asperis muniti, cubitorum duum longitudine. In his ipsis squamis muscæ pennis æreis sua domicilia habere dicūtur, quas fortasse Nicander μύωπας *dixit, nos autem Crabrones transtulimus, à quibus non solum lacessuntur, sed tandem miserrimè ab his occiduntur. Hic non secus atque Hydrus, muscosa loca paludesq́; frequentat, quo possit tum ranis, tum omni locustarum genere expleri, propterea & hunc aliqui cognomento Hydrum vocauere, alij verò* χέλυδρον *de nomine marinæ testudinis. Sed dum per loca illa paludosa, atq; prata expatiatur, tunc maximè lacessitus à Myope, se festinanter recipit in sua latibula, quæ constructa, aut in quercu, aut in fago habebat. Caput huius perinde atq; Hydri latum est, dorsumq́; nigricat: & sanè veneno Hydrum maximè imitatur, est tamen illo multò truculentior, quemadmodum audies.*

Ἤτοι ὅτ' ἐν κώλητος, ἢ ἐν ποδὸς ἴχνεϊ τύψῃ,
Χρωτὸς ἄπο πνιγόεσσα κεδαιομένη φέρετ' ὀδμή.
Τοῦ δ' ἤτοι περὶ τύμμα, μέλαν κορθύεται οἶδος,
Ἐν δὲ νόον πεδόωσιν, ἀλυσθαίνοντος ἀνίαι
Ἐχθόμεναι. χροιὴ δὲ μόγῳ αὐαίνεται ἀνδρός.
Ῥινοὶ δὲ πλαδόωσιν ὑπὲρ χροΐ, τῖάμιν ἰὸς

Ὀξὺς

Ὀξὺς ἀεὶ νεμέθων ὅθι βόσκεται ἀμφὶ καὶ ἀχλὺς,
Ὄσσε κατακρύπτουσα, κακοσταθέοντα δαμάζει.
Οἱ δέ τε μυκάουσιν, περιπνιγέες τε πέλονται.
Οὖρα δ' ἀπέστυπται, τοὶ δ' ἔμπαλιν αὖ ὑπνόωντες,
Ῥέγκουσιν, λυγμοῖσιν βαρυνόμενοι θαμέεσσιν.
Ἢ ἀπερευγόμενοι ἔμετον χολοειδέα δειρῆς,
Ἄλλοτε δ' αἱματόεντα, κακὴ δ' ὅθι δίψιος ἄτη
Ἐσχατιῇ, μογέουσι τρόμον κατεχεύατο γυίοις.

Quod si vnq̃ talum, plantæ aut vestigia pungat,
Corpore funestum reddet percussus odorem,
Vndiq; per plagam circum nigricante tumore.
Cui neq; mẽs cõstat, grauibus sed fracta ruinis
Fluctuat, ac omnis perijt flos ipse coloris.
Atq; cutis madida, ac fœda putredine sordens
Virulenta fluit, sanie consumpta, nec altis
Quicq̃ oculis cernũt, densa at caligine hebescũt:
Ac mugiũt tanquam stringantur colla rudente:
Supprimitur lotiũ, presśiq; sopore profundo
Stertunt: singultum magno comitante tumultu.
Fellea quin reuomũt interdum põdera ventris,

Atq; cruenta aliâs, ſitibundaq́; corpus inurit
Noxa grauis, trepidantq́; ſoluto robore mẽbra.

Eadem planè viderentur Hydri ſymptomata, ni eſſent mitiora. At verò huius tanta eſt acrimonia, vt ſi quis eum calcet modo, illius pedes excoriet, & tumorem circa crura ingentem inducat. Et quod mirum magis videri poteſt, aiunt, medici curantis ægrotum manus excoriari. Primum ergo vbi percußit extincto partis affectæ naturali calore, ſæuaq́; inducta putredine, teterrimus inde exhalatur odor, qualis ex cadaueribus putridis; ſurſumq́; veneni tetrica vis deuoluitur, animalemq́; opprimit facultatem, & ſenſuum organa, præſertim oculos, totiusq́; corporis floridus color euaneſcit, ſuperante putredine. Vrina etiam ſupprimitur, ſtrangulatioq́; vrget, quod ex naturali facultate langueſcente contingit, quæ muſculis his non tranſmittit idoneam ſatis ſpirituum copiam. Quare miramur Scholiaſtem οὖρα δ' ἀπίσυπται interpretatum eſſe, ἀποτύπτεται, ἢ ἀποσύφεται, ἀντὶ τοῦ ὠχρὰ φαίνεται. id eſt. pallida vrina funditur. Bifariam enim lapſus eſt, tum quòd ea non ſit autoris mens, vt ex Aetio alijsq́; conſtat, tum quòd verba illa ἀποτύπτεται, καὶ ἀποσύφεται non ſignificent pallidum eſſe, quod tyrones Græcæ linguæ cognoſcunt. Quare non tam ipſum reprehendimus, quàm miramur vnde poßit lapſus ille exemplaris duxiſſe originem. Cæterum, vt ad rem redeamus, ſingultus ob noxam à cerebro in ventriculũ delatam cõtingũt: vomitus etiam ob vim veneni peſtiferam, ac diſſolutam naturalem facultatem, ſitis etiam ob feruorem putredinis. Tandem quòd omnium corporis partium

facultas

facultas corruat, tremor ostendit, qui semper ob languescentem prouenit facultatem.

Φράζεο δὲ χλοάοντα δαεὶς, κυανόντε δράκοντα,
Ὅν ποτε παιήων λασίῃ ἐνὶ θρέψατο φηγῷ,
Πηλίῳ ἐν νιφόεντι, πελεθρόνιον κατὰ βῆσσαν.
Ἤτοι ὅγ' ἀγλαυρός γε ἐέδεται, ἐν δὲ γενείῳ
Τρίστοιχοι ἑκάτερθε περιστιχόωσιν ὀδόντες.
Πίονα δ' ἐν σκυνίοισιν ὑπόθματα, νέρθε δὲ πώγων
Ἔπλεθ' ὑπ' ἀνθερεῶνος χλοιβάφος, οὐ μὲν ὅγ' αὔτως
Ἐγχρίψας ἤλγυνε, καὶ ἢν ἔκπαγλα χαλεφθῇ.
Βληχρὸν γὰρ μυὸς οἷα μυχηβόρου ἐν χροῒ νύγμα
Εἴδεται, αἱμαχθέντος ὑποκραντῆρος ἀραιοῦ.

Tuq; virescẽtem, cognosce nigrumq; Dracone͂,
Quem quondam Pæan aluit sub tegmine fagi,
Pelion ad niueu͂, atq; pelethronia͂ prope vallem.
Hic splendet forma, mẽtumq; armatus vtrinq;
Surgentes triplici discurrunt ordine dentes.
Pinguia sub cilijs sunt lumina: barbaq; subter
Mento strata graui, bilis suffusa colore.
Irrita sed plaga est, etiam si percitus ira

Mordeat ingenti, nec muris tetrior ictu,
Quem nocturna vorans, inflixit dentibus atris.

De Draconibus Historijs mandata quàm plurima, tum lectu iucunda, tum miranda magis, apud claßicos autores comperimus. Nos autem relictis his, quæ de puellis, & iuuenibus à Draconibus adamatis scripta sunt (est enim id animal stimulis amoris maximè subiectum) huc transferemus, quæ ad notas quibus cognosci poßint, si in conspectū venerint, spectare videbūtur. Vastum sanè hoc animal est, interdum quinq;, quandoq; decem, aliquando triginta cubitorum longitudine. Onesicritus autem Astipalæus duos in India fuisse dracones scribit, alterum sex & quadraginta, alterum octoginta cubitorum, quos & Alexander ardenter videre expetiuisset. Hoc animal eximia formæ pulchritudine pingitur, supra oculos excrescentias quasdam, pellium superciliorum flexibilium instar, habens, in mento verò pinguem quandam carnem prominentem, quæ barbæ speciem præbet, oris rictu maximè hiante, lingua exerta, & dentibus magnis instar aprorum, triplici vtrinq; serie, quibus laniat, disrumpitq; quicquid iracundè momorderit. Nullum huic venenum inest, vi tamen sua, ac vehementi attractione necare potest. Abundant quidē Dracones in Aethiopia, & Lycia colore satis distincti. Nicander quidem partim viridi, partim ceruleo distinctos esse scripsit: alij tum rufos, tum cinereos reperiri affirmant. Draconem poëtæ ferunt Aesculapio sacratum, quem ipse educauerit, apud Pelium mōtem in Pelethronia valle: qua sanè fabula innuitur, Aesculapiū medicinæ parentem Dracone comitari, quòd nimirum sit vigilantißimum animal,

quales

quales esse decet medicos. Draco enim bestia est, & ad audiendum acerrima, & ad videndum acutißima. Propterea apud Pelethroniam vallem educatum fingũt, quoniam ille locus medicamentorum omni genere abundet, quod nomine suo profitetur.

Τὸν μὲν τ' ἔκπαγλον κοτέων βασιλήϊος ὄρνις
Αἰετὸς ἐξ αἴθρης ἐπαΐξεται, αὐτία δ' ἐχθρὴν
Δῆριν ἄγει γενύεσιν, ὅταν βλώσκοντα καθ' ὕλην
Δέρκηται, πάσας γὰρ ὅγ' ἠρήμωσι καλιάς.
Αὔτως ὀρνίθων τε τόκον κτίλα τ' ὠεὰ βρύκων.
Αὐτὰρ ῥόθου, καὶ ῥῆνα, καὶ ἠνεμόεντα λαγωὸν,
Ῥεῖα δράκων ἤμερσε, νέον μάρψαντος ὄνυξι
Θάμνου ὑπαΐξας, ὁ δ' ἀλεύεται, ἀμφὶ δὲ δαιτὸς
Μάρνανθ', ἱπτάμενον δὲ πέριξ ἀτέλεστα διώκει,
Σπειρηθεὶς, ἰὸν λοξὸν ὑπόδραξ ὄμμασι λεύσων.

Prouocat hũc verò fuluus Iouis ales in Æthra
Plummea colla tumẽs, si quãdo in valle repertũ
Pascentem videat, nanq; hic populatur vbique
Nidorum pullos, diffringens dentibus oua.
Ast aqlã, rapuit leporẽ, cũ aut vnguibus hœdũ,
Fortè draco surgens denso de cespite, præda
Nudat: et hæc volitãs dapibꝰ pro lurida pugnat

 Hic sequi

Hic sequitur frustrà delusus præpete cursu,
Contorquens orbes, ac toruo lumine cernens.

Describit Aquilæ cum Dracone pugnam atrocem: maximo namq; Aquila Draconem odio semper prosequitur, quod ille tum auidè voret, & pullos, & oua, quæ Aquila fouet, tum frequenter eripiat prædam ex vnguibus ipsius ex arbusto forte fortuna insiliens.

Εἴγε μὲν Ἡφαίστοιο χαλαίποδος ἐν πτυχὶ νήσου
Βήσεαι, ἠὲ σάμον δυσχείμερον, αἵ τ' ἐνὶ κόλπῳ
Θρηικίῳ βέβληνται, ἑκὰς ῥησκυνθίδος ἥρης,
Ἕβρος ἵνα, ζωναῖά τ' ὄρη χιόνεσσι φάληρα,
Καὶ δρῦες Οἰαγρίδαο, τόθι ζηρύνθιον ἄντρον,
Δήεις κεγχρίνεω δολιχὸν τέρας, ὅν τε λέοντα
Αἰόλον αὐδάξαντο, περίστικτον φολίδεσσι.
Τοῦ πάχετος μῆκός τε πολύστροφον, αἶψα δὲ σαρκὶ
Πορθεδόνας κατέχουσι δυσαλθέας, αἱ δ' ὑπὸ γυίοις
Ἰοβόροι βόσκονται, ἀεὶ δ' ὑπὸ νηδύσιν ὕδρωψ
Ἄλγεσιν ἐμβαρύθουσα, κατὰ μέσον ὀμφαλὸν ἵζει.

Iamq; colenda tibi fuerit si aut insula claudi
Vulcani, aut inuisa Samus, quas vndiq; gurges
Thraicius claudit, procul à Rescynthide fano

Iunonis, qua Ebrus, niuibus memorãdaq́; zone
Oeagridæ & quercus, iuxta Zerynthiũ antrũ
Occurret punctis immania Cenchrina membra
Commaculata gerens, varijq́; idcirco leonis
Nomine donarunt, vastũ reuolubile monstrum.
Protinus ergo putror carnes, virusq́; vorando
Percußi tetrum vastant; quin pondere iniqua,
Atq; molesta Hydrops media firmatur in aluo.

Cenchrinam hunc, vastum esse serpentem ferũt, ac truculentum, quem ob indomitũ furorem leonem etiam appellãt, vel quia eius squamæ varijs maculis distinctæ sunt, vel propter ingenuum, nobilemq́; ipsius animum, vel quia erecta cauda veluti leones se ad pugnam excitat, vel quia sanguinem exugit leonum in morem. Inuenitur autẽ frequenter in Lemno, Samoq́; insulis, quæ sitæ sunt in sinu Thraicio, περιφραστικῶς verò Lemnum, claudi Vulcani insulam nominauit. Sed Samum, Samothraciam appellauit, de qua non semel Homerus fecit mentionem. Porrò Rescynthida Iunonem nuncupauit, à Rescynthio monte Thraciæ, qui ipsi Iunoni sacer habetur: vnde & cognomentum est adepta. Proximè autem fluit Hebrus fluuius, non longe autem à fluuio Zone ciuitas, post quam sunt Orphei quercus, Nam Orpheum Oeagrida vocauit, nomine patronimico, Oeagrus enim pater extitit illius, sub his verò quercubus, antrum extat Zerinthium. Quanquam alij idipsum in Samothrace constituant.

Ἤτοι ὅτ' ἠελίοιο θερειτάτη ἵσταται ἀκτὶς
Οὔρεα μαιμώωσαν ἐπιθύνεται, ὀκρυόεντα,
Αἵματος ἰσχανόων, καὶ ἐπὶ κτίλα μῆλα δοκεύων,
Ἢ σάου, ἠὲ μοσύχλου, ὅτ' ἀμφ' ἐλάταισι μακέδναις
Ἄγραυλοι ψύχωσι, λελοιπότες ἔργα νομήου.

Hic cùm feruet humus radianti lumine Solis
Vndiq; perlustrans montes disquirit eundo,
Insidians pecori, expleri nam sanguine gliscit,
Inq; Sao, & Mosychlo, si qñ sub abiete pastor
Inclinatus humi lentus discumbit in vmbra.

Tam auidus est sanguinis hic serpens, vt iuxta meridiẽ quando maxime silet omne nemus, pastoresq; quieti discumbunt in vmbra, ille soleat diligenter perlustrare montium recessus, in quibus pecora stabulantur, vt poßit sanguine expleri. Meminit autem Sai, & Mosychli montium quoniam ille Sami sit insulæ, hic verò Lemni, in Lemno enim & Samothrace dicebat frequenter hunc peruagari serpentem. Audiuimus autem nos à pastoribus in maximis squaloribus, ad meridiem etiam serpentes quosdam in montibus Morellæ vicinis, visos aliquando fuisse, qui pecori admodũ essent infesti, maculis quàm plurimis per corpus vniuersum distincti, vasti etiam, vt metum intuentibus incuterent non exiguum. Hos autem, vtpote quos momordisse quempiam non sit compertum, venenatos esse nõ audebant

debant affirmare. Cæterũ erant admodum truculenti, nec dubitamus quin ex genere Cenchrinarũ eſſent, neq; enim tantum in illis inſulis naſci hanc peſtem credendum eſt.

Μὴ σύγε θαρσαλέως προσεὼν, θέλε βήμεναι αὔτην
Μαινομένου, μὴ δή σε καταπλέξῃ, καὶ ἀνάγκῃ
Πάντοθι μαστίζων οὐρῇ δέμας, ἐν δὲ καὶ αἷμα
Λαιφάζῃ, κληῖδας ἀναρρήξας ἑκάτερθεν.
Φεῦγε δ' ἀεὶ σκολιὴν τε οὐκ ἰθέαν ἄτραπον ἴλλων,
Δοχμὸς ἀνακρούων θηρὸς δρόμον, ἦ γὰρ ὁ δεσμοῖς
Βλάπτεται εὐκναμπτῆσι πολυστρέπτοισιν ἀκάνθης,
Ἰθεῖαν δ' ὤκυστος ἐπιδρομάδην στίβον ἕρπει.
Τοῖος Θρηϊκίῃσιν ὄφις νήσοισι πελάζει.

Sed tibi ne fidas nimium, nec currere contra
Dum furijs agitur moneo, ne fortè reuinctus
Prælonga cauda feriare, ac ille cruorem
Exugat tandem iugulo præfixus vtrinque.
Tramite ſed curuo fugito, nec ſemina recta
Tentetur, monſtri quo frangas robur eundo,
Nam nimiũ vrgetur dũ ſpinæ vincula torquet
Cùm celer in rectum poſsit traducere curſum
Talem, tanq; ferũ fert anguem Thracia tellus.

Sæuum

Sæuum hunc serpentem nõ esse temerè adeundũ monet: solet enim sinuosis flexibus arctatos homines premere, atq; vtrinq; ad iugulũ ore applicato, sanguinẽ omnem exsorbere, seipsum ad pugnã multa caudæ flagellatione concitans, dumq; inuolutus hæret, eum quem opprimit, eadem cauda miserè verberat. Fugiendum igitur tibi erit, si quando in hanc feram incideris, non quidem calle recto, quandoquidem in rectum currendo maximè valet, sed obliquo semper tramite, ac curuo, cùm ille intorquens itineris obliquitate corpus vehementer angatur.

Ενθα καὶ οὐλιδανοῦ περ ἀπεχθέα βρύγματ' ἔασιν
Ασκαλάβου, τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις οὕνεκ' ἀχαίη
Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον παρὰ φρεῖαρ, ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις
Ἀρχαίη Μαιτάνειρα θεὴν δείδεκτο περίφρων.

Sunt vbi (pertenuis quanq̃ sit) vulnera sæua
Ascalabi: quõdam referũt quem mœsta crearit,
Ex puero alma Ceres, postq̃ mutasset Abãtem:
Callichorum ad puteũ, Celei per compita quãdo
Ipsa vetusta deam Metanira excepit amice.

Ἀσκάλαβον, καὶ ἀσκαλαβώτην Græci dicunt, quem Latini Stellionem vocant, lacertæ pusillæ genus quoddam, nostri Dragonem (vt arbitror) nominant, nascitur in hortorum muris, sepulchris, & fenestrarum rimis, tergora ma-

culis

culis quibusdam habet distincta: vnde & Stellionis nomen accepit. Attici tamen hoc nomine γαλεώτην, id est, felem intelligunt. Stellio igitur, vt Nicander scribit, in Thracia inuisus est morsu, apud nos nondum est compertũ, an morsu venenum eiaculetur, quanquam nulli dubium sit id animal esse venenatum, constansq; est fama, si salinum attigerit, quòd fortasse in salem virus funestum eructet, eùm salem deleterij veneni naturam induere, gustatuq; esse pestilentißimum. Amplificat autem stellionis historiam Nicander fabulosa quadam fictione, ex qua et huius originẽ deprompsit. Celeum olim Ceres vt filium educauit, quem cùm vellet efficere immortalem, frequẽter in ignem illum mittebat, qui tamen à quodam furtim sublatus, non potuit consequi id, quod Ceres cupiebat, euasit tamẽ peritißimus in frugum satione, referebatq; perpetuò huius beneficij Cereri gratias, in locis maximè ad hospitalitatem accõmodatis, quas Nicander θεράπνας vocauit: qui locus fortasse est, in Sabinia nomine nondum mutato. Nos compita vertere voluimus. In his igitur locis, aliquando Ceres filiam suam inquirẽs, à vetula quadã Metanira nomine, cui Abas filius erat, hospitio excepta est: cumq; sacra illi perageret, ferunt Abantem indignatum, quòd Ceres esset à matre intromissa, nõ solum ludibrio habuisse sacra, sed etiam probra in deam, dicteriaq; iecisse. Qua de re indignatam deam, ipsum in Stellionem commutasse dicunt.

Ἄλλαγε μὴν ἄβλαπτα κινώπετα βόσκεται ὕλην,
Δρυμοὺς, καὶ λασιῶνας, ἀμορβαίους τε χαράδρας,
Οὓς ἔλοπας, λίβυάς τε, πολυστεφέας τε μυάγρους,

φράζονται. σὺν θ' ὅσσοι ἀκοντίαι, ἠδὲ Μόλουροι,
Καὶ ἔτι που τυφλῶπες ἀπήμαντοι φορέονται.

Iamq; feræ plures paſsim per deuia ſyluis
Innocuæ querceta colunt, lucosq́; virentes,
Quas Elopas, Lybias, coronatos atq; Myagros
Appellant: quotquot Iaculi, pariterq́; Moluri,
Atq; etiam immunes noxa Typhlopes ab omni.

Deſcriptis iam propemodũ omnibus venenatis ſerpentibus, aut præcipuis ſaltem, hoc epilogo perſequitur in vniuerſum genus quod reſtat, veneno immune. Horum ergo ſerpentium nonnulli ἀμμώδεις*, hoc eſt, arenoſi nominantur, quos ipſe Lybias vocauit: quoniam in Lybia abundant maximè, regione nimirum ſabuloſa, alij* μυόθηρες*, hoc eſt, murium, aut muſcarum venatores, quos ipſe* μυάγρους *nominauit,* πολυστεφέας*, id eſt, multis lituris coronarũ inſtar diſtinctos. Vocantur autẽ & ξοφίαι. Alij rurſus* ἔλοπες*, id eſt, imbecilli nuncupãtur, alij.* ἀκοντίαι*. i. iaculi, nõ quidẽ quòd iaculorũ inſtar ſeipſos vibrẽt, nam hi nõ carẽt veneno, vt Aetius eſt autor, ſed vt ſcripſit Nicandri interpres* διὰ τὸ κατὰ ἀκόντια διατρέχειν*. ego verò magis à forma id nomen inueniſſe crediderim. Alij præterea* μόλουροι *quòd nimirum cauda videantur incedere, nominati ſunt. Deniq; Typhlopes, quos Cæcilias, à cæcitate nominare poſſemus, murenæ caput habere dicuntur, oculisq́; eſſe minutiſsimis prædititi, vnde fortaſſe nomen ipſis inditũ eſt, pelle duriſsima, quæ vix ſecari patiatur. Aures ſunt eiſdem ſerpẽtibus hebetes, vnde & Cophiæ nuncupati ſunt.*

Ῥιζῶν μὲν ἐγὼ θρόνα πάντα καὶ ἀλθηστήεια νούσων,
Φύλλα τε, ῥιζοτομόν τε, διείσομαι ἀνδράσιν ὥρην
Πάντα διαμπερέως, καὶ ἀπηλεγὲς, οἷσιν ἀρήγων
Ἀλθήσῃ νούσοιο κατασπέρχουσαν ἀϋτήν.
Τὰς μὲν, ἔτι βλύζοντι φόνῳ περιαλγέϊ ποίας
Δρέψασθαι νεόκμητα, τὸ γὰρ προφερέστατον ἄλλων
Χώρῳ ἵνα κνώπεσσι θαλερὴν βόσκονται ἀν' ὕλην.

Nunc age plantarum vires, discrimina florum,
Radices, folia, & quo tempore quæq; legantur
Iam breuiter referam, poßis quo semina morbi
Frangere, percußi grauiter populantia corpus.
Sed dũ feruet adhuc sanguis per vulnera plãtas
Colligito (præstat siquidẽ) quo bellua pastum
Per syluas capiens, truculento morderit ictu.

Absoluta iam omnium serpentium tractatione, commodè ad medicamentorum, quibus opem ægrotis adferre valeamus tractationem se transfert. Promittens, *quo attentos reddat lectores, tum florum discrimina, tum foliorum figuram, tum radicum differẽtias, opportunamq; colligendi rationem se traditurum.* Proponitq; *statim documẽtum quoddam non inutile, quod ad eruendas herbas potißimum conducit, inquiens, eas longè maiorem vim aduersus vene-*

nata ani

nata animalia habere, si eruantur ex loco, vbi frequentare solent, quoniam non sit credendum naturam dum venena profert, obliuisci contrarij medicamenti, quo illud superari queat. Ita frequenter videmus non extra ipsamet animalia quærenda esse antidota, sed aut partes aliquas priuatim aut tota, ipsi vulneri apposita medicamenti egregij vicem præstare. Rana rubeta in seipsa habet, quod veneno suo reluctetur, habent & Cantharides, Viperæ caput potatum, aut vulneri impositum, amuleti vires habet, quod & iecur præstare potest. Scorpius suæ plagæ impositus, dolorem omnem, & noxam alleuat. Sunt & innumera etiam huius rationis medicamenta, quæ Nicander in sequentibus describet.

Πρώτην μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι,
Κενταύρου κρονίδαο φερώνυμον. ἥν ποτε Χείρων
Πηλίῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν, ἐφράσσατο δειρῇ.
Τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χύτη περιδέδρομε χαίτη,
Ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται, ἡ δ᾽ ὑπὲρ αἴης
ῥίζα, καὶ οὐ βυθόωσα πελεθρόνιον νάπος ἴσχει.
Ἥν σὺ καὶ αὐαλέην, ὁτὲ δ᾽ ἔγχλοον, ὅλμῳ ἀράξας,
φυρσάμενος κοτύλην πίεσιν μενοεικέος οἴνης.
Πάντη γὰρ ἄρκιος ἥδε, τὸ μὲν πανάκειον ἔπουσι.

Principio Cronidæ Chironis nomine dictam
Radicem medicam sumes, qua dicitur ipse
Pelion

Pelion ad niueum, collum cinxisse decorum.
Frōde comosa nimis veluti hirtus amaracus exit
Flos auro similis, radix tellure sub ima,
Haud subit alta tñ, passim per amœna vireta.
Hanc tripode intritam seu siccā, siue virentem
Infundens cotylam potandam trade falerni.
Omnia nanq; potest, panacesq́; idcirco vocarūt.

Panaces generibus continetur pluribus, summa autem eius, præcipuaq́; fastigia tria sunt: à Dioscoride descripta, de nomine inuentorum. Nam ex his est, quod Herculi referatur acceptum, Herculeumq́; idcirco cognominetur, estq́; in eo genere præcipuum, in Bœotia plurimum, Phocideq́; Arcadiæ proueniens: vbi & diligenter compendij, quæstusq́; gratia colitur. nam morborū omnium liberationem suo nomine pollicetur. Audio etiā in Apulia, in Apennini iugis vberrimè prouenire, nullum tamen ibi ex radice eximi liquorē. Aliud verò ad Aesculapiū inuentorem refertur, Asclepiumq́; cognominatur. Tertiū (de quo Nicādro in præsentia est sermo) Chironi centauro tribuitur; deq́; eius nomine, Chironiū nūcupatur. In eius tamē historia præcipui rei herbariæ scriptores variant. Nam Theophrastus, quem sequutus esse Plinius videtur, folium huic tribuit lapatho simile. Dioscorides verò Nicandrum imitatus, folium amaraco simile habere scribit, nilq́; his quæ Nicander scripsit addidisse videtur aliud, quàm radicem, huius gustu acrem deprehendi. In hac igitur tam insigni

controuersia, nos nihil possumus definire certi, præsertim cùm nondum potuerimus ipsius plantæ consequi cognitionem. Semper tamẽ putamus veraciorem multo esse Dioscoridis deliniationem.

Ἤτοι ἀριστολόχεια παλίσκιος ἐνδατέοιτο,
Φύλλα τέ οἱ κισσῆεντα περικλυμένοιο φέρονται,
Ἄνθεα δ' ὑσγίνῳ ἐνερεύθεται, ἡ δέ οἱ ὀδμὴ (πόν
σκίδναται ἐμβαρύθουσα, μέσον δ' ὡς ἀχράδα καρ-
Μυρτάδος ἢ ὄχνης ἐπιόψεαι, ἢ σύγε βάκχης.
ῥίζα δὲ, θηλυτέρης μὲν ἐπιστρογγύλεται ὄγκῳ,
Ἄρσενι δ' αὖ δολιχή τε, καὶ ἀμπύγονος βάθος ἴσχει,
πύξου δὲ χροιῇ προσαλίγκιος ὠρικίοιο.
Τὴν, ἤτοι ἐχιός τε, καὶ αἰνοπλῆγος ἐχίδνης
Ἀγρώσσεις ὄφελος περιώσιον, ἔνθεν ἀπορρὼξ
Δραχμαία μίσγοιτο ποτῷ ἐνὶ κιῤῥάδος οἴνης.

Quin & Aristolochia vmbrosis læta terẽda est.
Huic referũt frõdes hederamq;, periclymenũq;
Instar at Ysgini flos est rubicundus, & icit
Fortis odor nares: fructus sed pensilis æquat
Syluestrẽ ue pirũ, vel mirtada, vel mage bacchẽ
Fœminei sexus radix glomeratur in orbem:
Sed maribus cubito non est contractior vno,

Parq;

Parq́; color buxis, quas educat Orica tellus.
Hac seu mordet echis; seu mordeat aspera echid
Auxiliũ referes magnũ, si rumpere cures (na
Par pondus drachmæ vino nigricanteq́; iungas.

Aristolochia nomen inde accepisse videtur, quòd egre gię puerperis credatur opitulari, tria eius genera traduntur, rotunda, quæ & fœmina dicitur, longa quæ mas, tertia clematitis, hoc est, sarmentitia. Nicander maris & fœminæ tantum fecit mentionem, quòd hæ scilicet viribus sint valentiores, Nam clematitis vnguentorũ spissamentis maximè nascitur. Vtriusq; florem rubicundũ descripsit Nican. Dioscorides fœminæ florem tradidit candidũ, in quo nonnihil purpureũ insit, odoris tetri. Non admodum tamẽ moramur, quod pertinet ad colorem, vidimus enim nos insigniores plantas alijs sanè florum coloribus, quàm scribantur ab herbarijs, idq́; frequenter. Apud nos Clematis daphnoides flore nascitur candido, Violas nigras in multis montibus, candido flore nitẽtes cõperimus, Anagallida etiam floris candidi, monstrare possumus in loco quodã nascentem, iuxta fontẽ, apud oppidũ Beteram noĩe. Staphisagriam floris candidißimi, his annis elapsis ex monte quem Penyam golosam nominant attulimus. Alia etiam plurima, quæ ad florũ varietatẽ attinẽt, quæ tamẽ nõ sunt in prõptu multoties dũ huic negocio incubuimus nobis occurrebãt. Nam si olitores artificio mutare florum colores nouerũt, quid mirũ naturã ob variã cœli constitutionẽ idipsum præstare. Maximi nanq; momẽti est genius loci. Tãtisper ergo dũ florũ, aut foliorũ figura nihil euariauerit, colorẽ ipsum

non maximi faciemus. Quæ igitur nos longa in hac herbaria re experiẽtia, de aristolochia adnotare possumus, hæc sunt. Fœminam, quæ apud nos vberrimè prouenit, radice constare crassa, in rapæ modum degenerãte in longitudinem, non vsquequaque rotunda, qualem alibi frequenter vidimus, flore pilei figura rubicundo, extremitatibus vtrinq; candicantibus, colore herbaceo. Eam nostri pharmacopolæ rotundam esse autumant, sed horum iudicium in hac re, nullius est momenti, qui nec adultas lactucas cognoscunt. Marem verò, quem nunquam in Hispania vidimus, in Gallia frequenter tractauimus: non ita tamen surgit in altitudinem vt fœmina, ijsdem propemodum folijs, flore verò penitus luteo, nõ quemadmodum in fœmina iuxta foliorum pedicula vnico, sed multiplici, eiusdem planè figuræ, radice tenui cubitum alta, aut proceriori. Clematitim nunquam videre licuit; sed nascitur apud nos Pistolochia, quæ tanquam quartum genus additur à Theophrasto, & Plinio, facie scabra, flore rubicundo, fœminæ non dißimili, multis radiculis iunci craßitudine firmata, vnde & polyrizos cognominatur. Harum omniũ fructus in formam piri turbinãtur. Sunt autẽ ἀχράδες, ὄχναι, & μυρτάδες, & βάκχαι pirorũ, potißimumq; syluestrium genera, quibus Nicander fructũ aristolochiæ aßimilauit.

Ναὶ μὴν καὶ τρίφυλλον ὀπάζεο κνωψὶν ἀρωγὴν,
Ἠὲ ποῦ γ' ἐν τρήχοντι πατάγῳ, ἢ ἀκροφάγει βήσσῃ.
Τὴν ἤτοι μινυανθὲς, ὁ δὲ τριπέτηλον ἐνίσπει,
Χαίτην μὲν λωτῷ, ῥυτῇ γε μὲν ἴκελον ὀδμήν.

Ἤτοι ὅτ' ἄνθεα πάντα, καὶ ἐκ πέταλα ποικίλα τεύχει,
Οἷον τ' ἀσφάλτου ἀποπρεύγεται. ἔνθα κολούβας
Σπέρματ' ὅσον κύμβοιο τραπεζήεντος ἑλέσθαι.
Καρδόπῳ ἐντρίψας πιέζειν ὀφίεσιν ἀρωγήν.

Proderit & vulsum de saxo, valle've rupta,
Nomine quod dicũt Minyanthes, siue triphyllõ
Quod folijs lotũ, rutamq́; imitatur odore,
Floreq́; deciduo, antennæq́; simillima promens
Semina; iam spirat qualem ipsa bitumina odorẽ..
Ergo capit quantũ mensis nũc Cymbion aptum
Seminis, ipse terens, percusso trade bibendum.
Nam procul hoc pelles serpentum virus iniquũ.

Trifolium apud Græcos plurima inuenit nomina, Nam primum τρίφυλλον à foliorũ numero dicitur, ἀσφάλτιον ab odore, ὀξυτρίφυλλον à foliorum figura, μινυάνθες à foliorũ breuitate. Plinius tamen his nominibus, distincta huius trifolij genera significare voluit, Minyanthes, & Asphantion dici censens genus quoddam, quod veniat in vsus coronarum, maioreq; sit folio. Oxytriphyllon, quod acuto folio constet, tertium ex omnibus minutissimum esse. Sed apertè in hoc trifolij genere conspici potest hæc varietas, neq; censemus nos distinguendas esse plantas, hac solũ ratione, quòd minora, breuiora've paulò, aut longiora in

varijs locis folia ostendant. Nam ita excresceret sanè plantarum historia in immensam molem: qui enim huic studio se dediderũt mira profectò ex locorum discriminibus comprehendunt in plantis, quæ optimo tantũ iudicio sunt considerãda. Apud nos, & in montibus, & in campis vberrimus est huius herbæ prouentus, quæ rotundiore surgat interdũ folio, interdũ longiori, aliquãdo etiã satis minuto.

Νῦν δ' ἄγε τοι ἐπίμικτα νόσων ἀλκτήρια λέξω.
Θρινακίην μὲν ῥίζαν ἕλοις γναλθέα θάψου
Μίξας, σὺν δὲ σπέρμα χυτὸν λευκάνθεος ἄγνου,
Νήρειν, πηγάνιόν τε τριβρυὲς, σὺν δέ τε θύμβρης
Δρεψάμενος βλαστὸν χαμαιευνάδος, ἥτε καθ' ὕλην
Οἴας θ' ἑρπύλλοιο περιῤῥαγίδας ἀέξει.
Ἄγρει δ' ἀσφοδέλοιο διανθέος, ἄλλοτε ῥίζαν,
Ἄλλοτε καὶ καυλεῖον, ὑπέρτερον ανθερίκοιο,
Πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, ὅπου λοβὸς ἀμφὶς ἀέξει
Ἠὲ καὶ ἑλξίνην, τὴν τε κλύβατιν καλέουσιν
Ὕδασι τερπομένην, καὶ ἀειθάλλουσαν ἰάμνοις.
Πῖνε δ' ἐγ' σὺν τρίψας κοτυληῤῥυτον ὄξος ἀφύσσων,
Ἢ οἴνου, ῥέα δ' αὖτε καὶ ὕδασι κῆρας ἀλύξαις.

Sed cape morborũ medicamina mixta deinceps
Radicem Thapsi Siculæ telluris alumnam

Vellito,

Vellito, candentis Viticis quoq; semina iunge,
Insuper & Nerim, diffusaq́; germina rutæ.
Atq; humilis caulē thymbræ, q̄ brachia fundit,
Qualia per syluas fundunt serpilla comosa.
Asphodeli pariter radicem iunge, vel ipsum
Quem gerit antherici donatū nomine Thyrsum
Aut potius tenui circundata semina libro.
Interim et Helxinam, Clybatim quā noīe dicūt:
Quæ surgit riguis, viridantibus vndiq; pratis.
Hæcq́; terens fusa cotyla mordentis aceti,
Aut vini bibito: quin lymphis hausta iuuabunt.

Hactenus medicamēta proposuit simplicia, ad ictus serpentium, nunc iam cōmiscet plurimas simpliciū facultates, in aceruū vnum, quo parare poßit auxilia, multarum ferarum venenis vtilia. Primū ergo medicamentum hoc paratur, radice Thapsi, herbæ cuiusdam, quam nasci in Sicilia scribit: cuius succo pallidißimo faciem fucant, qui volunt pallidi, decoloratique videri. Propterea Simætha apud Theocritum in pharmaceutria dicebat:

καὶ μὲν χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγένετο πολλάκι θάψῳ.

Pallida iam corpus sum facta simillima thapso.

Hanc plantam Crateuas inuenisse perhibetur, in Thapso insula vna Sporadum, neq; de ipsa aliud quidpiā memoriæ proditum scimus, possumus tamen ab incolis Siciliæ huius herbæ historiā consequi, aut ab his, qui illuc se cōtulerūt.

Nos multoties suspicati sumus eam esse, qua vtuntur pictores ad luteum colorem faciendum, quaq; nostrates mulieres capillos solent flauo intingere colore, eam verò vrgillam vocant. Sed audio non ex Sicilia, sed ex Mauritania potius asportari. Addit autem simul Viticis semina, et Nerim, Vitex apud nos multis in locis in arbores proceras exsurgit, Agnum castum officinæ vocant, Neris verò est, quam Dioscorides νήριον, *aut rhododaphnē, aut rhododendrō nominauit, cuius facultas cùm sit iumētis exitialis, hominibus tamen aduersus serpentiū & omniū ferarū venena, ex vino salutaris est. Iam verò Ruta, & Saturegia, quam Græco nomine nos Thymbram appellauimus, quantum venenis virulentarum ferarum aduersentur, nemo nō nouit. Asphodeli præterea radices, thyrsus etiam, & semina pilulis inclusa, scolopēdræ, scorpionumq; venenis egregiè aduersantur, potißimū si vino mixta propinentur. Plinius marem & fœminam Dionysii autoritate cognouisse videtur: fœminam tamen nō depingit. An tamen sit tenuis hic asphodelus, qui paßim apud nos vbiq; erumpit, quem vbi vorauerint arietes teterrimo carnes sapore inficiuntur, non constat. Asphodelum tamen & hunc esse, perinde atq; magnum, non ambigimus; quum aspectu, & tota facie asphodelum æmuletur, imò ipsius videatur veluti fœtura, nostri porrinas vocant. Quem diris ideò à poetis credimus fuisse dicatum, quòd à carnibus, quæ ea herba pastæ essent, mirum in modum abhorrent. Maiorem rura gamonas vocant. Deniq; Helxine, quæ & Clybatis, & Perdicium, & Parthenium, & Sideritis, & Heraclia, multisq; alijs nominibus dicta est, à Latinis muralis herba appellatur: est enim & alia Helxine, cognomento cissampelos,*

longo

longo interuallo distans ab hac, de qua Nicāder facit mentionem. Hæc tamen non commendatur à Dioscoride aduersus venena, Nicandri tamen testimonio satis habet.

Ἐσθλὴν Ἀλκιβίου ἔχιος περιφράζεο ῥίζαν
Τῆς καὶ ἀκανθοβόλος μὲν ἀεὶ περιτέτροφε χαίτη,
Λείρια δ' ὡς ἴα, τοῖα περιστρέφει, ἡ δὲ βαθεῖα,
Καὶ ῥαδινὴ ὑπένερθεν ἀέξεται οὔδεϊ ῥίζα.
Τὸν μὲν ἔχις βουβῶνος ὑπὲρ νεάτοιο χαράξας
Ἄντρῳ ἐν ὑπνόωντα, χυτῆς περὶ τέλσον ἀλωῆς,
Εἶθαρ ἀνέπνευσε καμάτου βίῃ, αὐτὰρ ὁ γαίης
Ῥίζαν ἐρυσσάμενος, τὸ μὲν ἕρκεϊ θρύψεν ὀδόντων
Θηλάζων, τὸ δὲ πέσκος ἑῷ τάχα κάββαλεν ἕλκει.

Vtilis Alcibij radix quærenda deinde,
Qua firmatur humi iuba spinis horrida semper.
Hæc subit alta solum tenuis, ramosaq; subter,
Sed flores violis similes per germina surgunt.
Huic cùm sæua ignem rupisset vipera morsu,
Dum pressus somno medio dormiret in antro,
Cui prope cāpus erat, statim experrectus acerbo
Vulnere dissiluit: planta ac tellure reuulsa
Ore bibens succum, vulnus massa inde fouebat.

Alcibion ab inuentore dicta est herba, quæ alio nomine ob salutarem eius vsum, quòd viperarum veneno, nō percußis modo prosit, sed præsumpta feriri non permittat, Echis de viperæ noīe appellata est. Dioscorides echiū vocat, semina capitibus viperarū ipsam similia habere scribens, quòd illi cū anchusa cōmune est. Nicander eius historiam amplificat hac narratione, Alcibiū quendam dormientē in agro, cùm vipera morsu excitasset, ille sæuo conflictatus dolore, cōtinuò surrexit: auulsitq; plantam, cuius succo se expleuit, tandemq;, quam expresserat herbā morsui applicauit; atq; ita sanitati pristinæ restitutus est. Vnde cœpit ad eundem vsum Echis herba cōmendari, nomine ex vipera mutuato. Huius apud nos vbiq; est ingēs copia, eam herbam Hircinam, aut linguam hircinam nominamus, quòd cōpertū sit hircos ea herba mirū in modū oblectari.

Ἠμὲν καὶ πρασίοιο χλοανθέος ἔρνεα κόψας,
Χραισμήσαις ὀφίεσσι, πιὼν ἀργῆτι σὺν οἴνῳ.
Ἠὲ καὶ ἀστόργοιο κατέρυσεν οὔατα μόσχου
Πρωτογόνου, στεργεῖ δὲ περισφαραγεῦντα γάλακτι.
Τὴν, ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτῆρες,
Οἱ δὲ μελίκταιναν, τῆς γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι
Ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος, ῥοιζηδὸν ἴενται.

Atq; virescentis prasij virgulta terantur,
Quo prodesse queas, candenti inspersa lyæo.
Quod solet impletis vaccarum lacte papillis

Inflammare nouo crudelia viscera amore.
Id tamen appellat meliphyllon nomine pastor
Atq; melittænam, quoniam suauissima circum
Agmina apum volitent prædulci capta liquore.

Prasium Dioscorides appellauit herbā, quam Romani marrubium dicunt. Nicander apertè hoc nomine melissophyllon intelligit: cū seipsum apertè exponat, vocari eam inquiens Meliphyllon, hoc est, melleū foliū, aut Melittænam, id est, mellitam, quòd nimirum apibus gratissimum sit pabulum, vnde studiosè colitur prope aluearia. Huius, in multiplicando lacte dos nō infima, quam rem vaccæ quotidie faciūt certiorem. Nam illæ cùm inopia lactis premuntur, vitulos solent auersari, quousq; huius herbæ pastu copiam lactis rursus recuperēt: tunc enim lacte circum mammas titillante auidè vitulos, qui exsugant quærunt, ac veluti nouo amore in eos afficiuntur.

quia conuen unt faculta te. Gal. 5.° s cap. de citrag ine.

Ἢ σύγ' ἐγκεφάλοιο πέριξ μήνιγγας ἀραιὰς
Ὄρνιθος λαζοῖο κατοικίδος, ἄλλοτ' ὀμόρξαις
Ὕγμα πολύκνημον, καὶ ὀρείγανον, ἢ ἀπὸ κάπρου
ἥπατος ἀκρότατον κέρσας λοβὸν, ὅστε τραπέζης
Ἐκφύεται, νεύει δὲ χολῆς σχεδὸν, ἠδὲ πυλάων.
Καὶ τὰ μὲν ἂν σύμμικτα πιεῖν δόθι, ἄνδιχα κόψας
Ὄξει, ἢ οἴνης πλεῖον δ' ἄκος ἔψεται οἴνης.

Tuq; cohortalis gallinæ abradito pellem,

Quæ

Quæ cerebrũ cingit, pariterq; ramẽta premãtur
Mixta polycnemi, vel origana, vel quod ab apri
Hepate propendet fruſtum reſcinde, trapezæ
Adnatũ, incumbens felli, portisq; propinquum.
Hæc confuſa tamen ſubiges vino, vel aceto
Scilicet alterutro, vini at præſtantior vſus.

Iecoris fibras Græci λοβοὺς *nominant: & quicquid extremum rei alicuius fuerit, frequenter etiam hoc nomine donatur, ita extremitas auriculæ* λοβὸς *ab eiſdem dicitur. Hæ iecoris fibræ varijs ſunt à medicis nominibus inſignitæ, quæ cùm quatuor maxima ex parte ſint præcipuæ, in canibus, lupis, ſuibus & huiuſmodi animalibus (nam homini iecur continuum ſemper eſt, neq; in fibras diſtributum, niſi quatenus, qua vmbilicaris vena fertur, in duas partes ſecari videtur) quatuor etiam nomina ex officio inuenere vt ſcribit Theophilus. Prima enim focus,* ἑστιὰ *dicitur: maximè nanq; ad ſucci confectionem facit, quemadmodum focus ad coquenda cibaria. Secunda* τράπεζα, *id eſt, menſa appellata eſt, quoniam menſæ vicem gerit: ſiquidem membrorum alimenta in ea reponuntur. Tertia* μαχαίρας, *hoc eſt, cultri nomen ſortita eſt: diuidit enim, ſegregatq; inter ſe humores: aut ſi quid craßius diſtribuendum eſt, id ſecat, atq; commutat. Quarta* ἡνίοχος, *id eſt, auriga nominata eſt, nam excoctos naturales humores dirigit, recteq; diſtribuit. Scholiaſtes Græcus* ὄνυχα, μαχαίραν, et κάνεον, *nõ ſecus atq;* τράπεζαν *iecoris partes eſſe dicit: tu autẽ animaduerte*

maduerte, an nomina illa ὄνυξ, & κάνεον corruptè legātur. Iubet ergo Nicander ex apri iecore reſecandam eſſe eam fibram, quæ proxima trapezæ, nutat tum in bilis veſicam, tum in portas nominatam venam, quæ in cauam iecoris partem inſeritur.

Ἐν δὲ φόβην ἐρύσασθαι ἀειθαλέος κυπαρίσσου,
Ἐς ποτὸν ἢ πάνακες, ἢ κάστορος ὄλοον ὄρχιν,
Ἢ ἵππου, τὸν Νεῖλος ὑπὲρ Σάϊν αἰθαλόεσσαν
Βόσκει, ἀρούρῃσι δὲ κακὴν ἐπιβάλλεται ἅρπην.
Ὅς τε καὶ ἐκ ποταμοῖο λιπὼν ζάλον εἰλυόεντα,
Χλοίοντι χλοάουσι, νέον δ' ἀπεχεύατο ποίην,
Τόσσον ἐπιστείβων λίπει βυθὸν, ὅσσάτιόν τις
Ἐκνέμεται γνύεσσι παλίσσυτον ὄγμον ἐλαύνων.
Τοῦ μὲν ἀπὸ ποταμῶν δραχμῆς βάρος ἰσοφαρίζειν;
Ὕδατι δ' ἂν γ' ἐπίσαιο κύτει ἐν ἀολλέα κόψας.

Qui coma vellatur pariter potanda cupreſſi
Perpetuæ frondis, panaces, genitale'ue Fibri,
Aut quē Nilus equi paſcēdo Sain per inuſtam
Educat, atroci populantem rura furore.
Qui linquens fluuij lutulento in gurgite Cœnum
Cùm ſegetes flauent, culmusq; per arua fatiſcit

Dum

Dum graditur tantũ post se vastauit in agris;
Quantum dente truci potuit consumere sulci.
Ergo feres huius par drachmæ põdus, et ampla
Cuncta terens pila lymphis sorbenda repone.

Hoc medicamentum cupreßi frondibus, heracleoq́; panace, & fibri testiculi drachma vna, aut eius belluæ, quam Hippopotamũ dicunt, constat. Fibri autem testes ad hunc cõmendari vsum, qui Dioscoridem, Galenumq́; legerit nõ ignorabit. Animal id amphibium est, frequens in Perside, canis (vt ferunt) magnitudine, oblongum tamen, non admodum ferum, nigro præditum pilo, haud tamen splendido, cauda prælonga, à medio deorsum caudæ piscium simillima, pedibus posterioribus anserinis, quibus maximè ad natandum vtitur. Fabulosum est id animal cùm venatione vrgetur sibi amputare testiculos, quasi noscentem illorum gratia se peti. Nam instar suum, nõ eminentes, sed profundos habet testes. Cæterum Hippopotamus, quem equũ fluuiatilem nos dicere possumus, vastum animal sanè est: ad quinq; cubitorum excelsitatem accedens, bellua quadrupes, vtrinque ternos dentes maximè prominentes gerens, auribus, cauda, & voce equo simillima, bisulca vngula instar taurorum, tergus habens robustißimum, in vtraq; sede vt fiber viuit, interdiu quidem in Nilo, noctu verò in aridum egressus, segetes depascitur. Abundat hoc animal iuxta Saim Aegypti vrbem.

Μὴ σύγ' ἀβροτόνοιο ἐπιλήθεο, μηδέ τι δάφνης
Καρπὸν ἀραιοτόρης, μάλα δ' αὖ καὶ ἀμάρακος εἴη

χραισμήεις

Χραισμήεις, πρασιῇς τε, καὶ αὐλήεσσι χλοάζων.
Ἐν δὲ τίθει τάμισον σκίνακος νεαροῖο λαγωοῦ.
Ἢ προκὸς, ἢ νεβροῖο πάροιθ' ἀπολύματα κόψας,
ἢ ἐλάφου νηδυιὸν, τὴν δὴ καλέουσιν ἐχῖνον
Ἄλλοι δ' ἐγκατόεντα κεκρύφαλον, ὧν ἀποξύσας
Δραχμάδων ὅσσον τε δύω καταβάλλεο μοίρας,
Τέτρασιν ἐν κυάθοις μέθυος πολιοῦ ἄπο μίξας.

Iam neq; te abrotoni capiant obliuia, nec iam
Seminis ex lauro tenui, quod ſi adſit & ipſe
Proderit eximiè viridans ſampſucus in hortis.
Quin leporis petulæ mixta adde coagula dictis;
Aut damæ, aut cerui, retrimẽtis inde reiectis.
Aut cerui vẽtrem, quem dicũt nomine Echinũ,
Aſt alij extorũ vocauere Cecryphalon: ex his
Pondera drachmarũ tibi ſunt reſecanda duarũ
Quatuor in Cyathis veteris miſcenda lyæi.

Lauri duo genera conſtituunt peritiores; alterum quidem à foliorum latitudine πλατύφυλλον *dicentes, alterum verò à tenuitate* λεπτόφυλλον. *Antigonus dictam à Nicandro* ἀραιοτέραν *laurum,* λεπτόφυλλον *intelligendam eſſe cenſet: quam priuatim commendauerit ad ictus virulentarum*

ferarum

ferarum. Galenus autem, Dioſcorideſq; diſcrimen nullum inter ipſas conſtituunt, quod ſpectet ad vſus medicos. Sed leporinum coagulum iure optimo præ cæteris cõmendatur, nam primas obtinet in rebus medicis, quanq̃ Nicoon antiquiſsimus medicinæ autor, primum, præcipuumq; honorem hinnulo tribuerit. Attamen Galeni autoritas in hac re maiorem longè facit fidem. Eandem planè obtinet facultatem venter cerui, quem, vt Nicander autor eſt, ἐχῖνον Græci nominant. Cæterum ἐχῖνος propriè apud eos venter bouis eſt, nec mirum ſi ad cerui ventrem etiam extendatur hæc vox. Aduertendũ tamen ventris partes eſſe plurimas, præcipuas autẽ tres, quæ peculiaria nomina meruerint. Suprema quidem omnium κεκρύφαλος vocatur, παρὰ τὸ κρύπτειν τὴν τροφήν, id eſt, quòd claudat cibũ. Altera ἐχῖνος, διὰ τὸ ἔχειν ἐκεῖ τὴν τροφήν, id eſt, quia ibi cibus contineatur: quæ etiã alio nomine πολύπτυχος ob rugarũ, ſinuumq; multitudinẽ appellatur. Tertia ἀποκριτική, id eſt, excretoria. Quas ſanè nos arbitramur eſſe œſophagum, ventris cauitatem, & inteſtina. Sed in poſtrema, prioreq; nomẽclatura, eſt inter Græcos controuerſia nõ leuis. Nam aliqui poſtremam partẽ ἀποκριτικὴν nuncupatam, κεκρύφαλον etiam nominari contẽdunt; quam nos inteſtinis reſpondere antea diximus, cui ſententiæ videtur Nicander aſtipulari, qui dixerit ἐγκατόεντα κεκρύφαλον, id eſt. Cecryphalon inteſtinaceũ. Primã verò peculiari nomine ἤνυστρον appellare conſueuerunt.

Μηδὲ σύ γε χραίσμην πολιοῦ λάβοι, ἠὲ κέδροιο,

Ἄρκευθος, σφαίρῃ τε θερειλεχέος πλατάνοιο,

Σπέρματα

Σπέρματα βουπλεύρου τε, καὶ ἰδαίης κυπαρίσσου.
Ἠεὶ καὶ δὲ ἐλάφοιο ταμὼν πουρῖνα θοραίην.
Πάντα γὰρ ἀλθήσει, καὶ ἀθέσφατον ἐκ μόγον ὤσει.

Nec lateat polij, nec cedri maximus vsus,
Iuniperus curæ tibi ſit, plataniq; trochiſci
Semina bupleuri, deuecta cupreſſus ab Ida
Ac reſecans cerui præturgida iunge verenda,
Cuncta hæc nanq; valēt cladē depellere ſæuam.

Cùm dixerit Nicander ἢ κέδροιο, ἄρκευθος, id eſt, aut cedri arceuthus, videtur Scholiaſtes Græcus intellexiſſe per ἄρκευθον fructum cedri, quem antea κεδρίδα vocauit, quoniam & cedrus arbor ἄρκευθος nominetur. Ego autem apud idoneum autorē nunquam legi, aut cedrum, aut eius fructum tali nomine donari. Quare ſatius multò erit ἄρκευθον vertere iuniperū, cū id propriè vox illa ſignificet, vt intelligamus ἀπὸ κοινοῦ, μὴ σὲ λάθοι, id eſt, ne te lateat vſus polij aut cedri, ne te lateat iuniperus, ſphæra'ue vmbroſi platani: ne te lateāt ſemina bupleuri, cupreßi'ue mōtanæ. Demetrius Chlorus bupleurō arborē eſſe dicit, cùm tamen ſit ex olerum genere, de quo Nicander mentionem fecit in hyacinto, & Epenetus in libro de oleribus, quemadmodum Scholiaſtes teſtatur. Sed et Plinius Bupleuron ita deliniauit: Olus eſt ſponte naſcens, caule cubitali, folijs multis, longisq́;, muſcario anethi, laudatum in cibis, Hippocrati, Nicandroq́; etiam in medicina. Semen contra ſerpentes valet. Folia ad ſecundas fœminarū, vel ſuccum ex

vino linunt, & strumis cũ sale & vino. Hanc herbam nostri, Halochs nominant. Nascitur in pratis humectis, folijs craßis, lauro maioribus, lepidiũ magnũ æmulantibus, caule crasso, striato, bicubitali, aut interdum maiore, capite auerhi, floribus luteis, semine pusillo. Bupleuron dictam à Græcis crediderim, quoniam boues libenter admodũ super ea cubant, vnde bouinũ latus meritò dici poßit. Herbarij nostri ad eosdem vsus eam cõmendant, potißimum ad vlcera tibiarũ antiqua, exsiccando enim maximè valet: nõnulli costi speciem esse putant: sed radice firmatur tenui, in fibras degenerante multiplices. Porrò genitale cerui maximum aduersus venena habet momentũ, vt Dioscorides, ac alij multi testantur. eo vtũtur nostri ad retentam vrinam, doloresq; colicos, hausta eius lotione, quin & exsiccati probè pulueres commendantur ad dysenteriam.

Τὴν δὲ μετατρέψειν θανάτου φύξιν τε, καὶ ἀλκὴν,
Φράζεο, πουλυβάτειαν ἑλὼν τροχαλῷ ἐνὶ λίγδῳ
Σώχειν, ἐν δέ τε οἱ κοτύλην πτισάνοιο χέασθαι.
Ἐν δὲ δύω κυάθεια παλαιστραγέος οἴνοιο,
Ἐν δὲ καὶ ἀργέστοιο λίποιο ἰσόμοιρον ἐλαίου.
Φύρσεις δὲ, πληγῇσι χολοιβόρον ἰὸν ἐρύξεις.

Sed cape nũc aliud quo mortem euadere poßis.
Conclusam pila contundito Pulybatiam
Infundens cotylam ptisanæ candentis ibidem,
Inde duos cyathos veteris coniunge falerni,

Tantundemq;

Tantundemq; addes pinguis, splendentis oliui:
Nanq; subacta simul propulsant virus ab ictu.

Maximam posuisse spem Nicander videtur in hoc medicamento, quo θανάτου φύξιν τε καὶ ἀλκὴν consecuturũ eum pollicetur, qui eo fuerit usus. Sed nos non possumus diuinare quid sit Pulybatia, quã memorat, neq; enim aut Dioscorides, aut Plinius, aut Theophrastus, aut alius quispiam eorum, quos vidimus autorum, quidpiam de pulybatia memoriæ prodiderunt. Si tamen nominis etymon animaduertas, nomen id ex multitudine ruborũ confictum est. Quare aut herbam significabit quæ maximè in rubis nascatur, aut potius eam quæ fuerit sepimentis idonea.

Ἄγρει δ' ὀζαλμοροu κοτύλης ἐνώδεα πίσσαν
Καὶ χλοεροῦ νάρθηκος ἀπαὶ μέσου ἦτρον ὀλόψας,
Ἠὲ καὶ ἱππείου μαράθου πολυαυξέα ῥίζαν,
Κεδρίσιν ἐν ῥίψας, ἐλεοθρέπτου τε σελίνου
Σπέρματα, μεσωθὲν δὲ χάδοι βάθος ὀξυβάφοιο.
Ἔνθα καὶ ἱππείου γε ταμὼν σπερμεῖα σελίνου,
Δραχμάων δὲ δύω σμύρνης ἑχεπευκέος ἄχθη.
Ἐν δ' ἀθερηγενέος καρπὸν κέρσαιο κυμίνου
Στήσας, ἢ ἐχίδνην τε, καὶ ἄσταβον ἀμφυκυκήσας
Πίνε δὲ μιξάμενος κυάθῳ τρὶς ἀφύξιμον οἴνου.

Quin cotylæ sextam picis atræ congere partem,

Et viridis ferulæ fungoſam tunde medullam,
Vaſtaq́; tũ radix iungẽda eſt Hippomarath
Vnà trita cedri cum fructibus, atq; paluſtris
Adde apij granũ, oxybaphũ quod cõpleat vni
Semina quin capies diſſecta ex Hippoſelino,
Drachmarũq; duũ mirrhæ addes põdus amar
Detonſum et granũ, quod munit ariſta cumin
Certa lege librãs, vel echidnã, aut aſtata miſcẽ
Sunt ſorbenda tribus cyathis permixta lyæi.

ἦτρον in hac parte Nicander pro medulla poſuit: interdum autem geniculum ſignificat, aut vmbilicum herbarũ qualis harundinum eſt, & harundinaceorum omnium, v de μασχάλαι, id eſt, alæ à Græcis nominatæ pullulant. Se in partibus corporis propriè ἦτρον ſedem ſub vmbilico ſignificat: Latini ſumen, aut imum ventrem nominant. Nicander aliquando pro hepate poſuit ἤτρίου ἱππείου. Hippomarathron fœniculum grande eſt, nam Græci magna hi vocibus Hippos, aut βοῦς ſignificant, vt βουμελία ingens fraxinus, Hipposelinum magnũ apium, quod Latini olu atrum, noſtri alexandrum nominant. Eſt tamen Hippomarathri genus aliud, humile, de quo mentionem facit Dioſcorides, apud nos frequentiſſimum, iuxta radicem comoſum, folijs hyſſopi, aut roris marini coronarij, vmbella fœniculi, ſed multo minore. ἄσατον porrò quid Nicãder nominet ingenuè fateor me ignorare, fortaſſe ea voce voluit

sit aliud, quoduis animal venenatum, perinde ac viperas iiici in hoc medicamento, vt peculiariter ictibus illius animalis prosit. ἄστατον *Græci inconstans dicunt, nec malè videtur aptari posse id nomen venenatis animalibus.*

νάρδου τ' εὐσταθέος δραχμήϊον ἄχθος ἐλέσθαι
σὺν δὲ καὶ ὀκταπόδην ποταμοῦ ἀγρευθέντα
καρκίνον ἐνθρύψαιο νεοβδάλτοιο γάλακτος.
ἶριν θ' ἣν ἔθρεψε δρίλων καὶ νάρονος ὄχθη.
Σιδονίου κάδμοιο θεμείλιον, ἁρμονίης τε.
ἔνθα δύω δασπλῆτε νομὸν στείβουσι δράκοντε

Præterea nardi validi fer pondera drachmæ,
Atq; pedes octo gestans quærendus ab amne
Cancer, & emulcto nuper cum lacte terendus.
Atq; Iris Drilonis, vel littore Naronis acta,
Fundamenta soli, qua stant pinguißima Cadmi
Cõiugis atq; suæ, quos Mars mutauit in angues

Irim præcipuè commendauit Illiricam, Nam Illiorum flumina sunt Naron & Drilon, qui seiungũt Illirios, à Liburnis, ibi Cadmus habitasse fertur, cum vxore sua Armonia, qui Martis ira, quòd Draconem fontis Castalij custodem interemissent, in dracones conuersi sunt.

λάζεο δ' ἀνθεμόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην,

Ἥν τε μελισσαῖος περιβόσκεται ὁλαμὸς ἑρπῶν
Καὶ μυρίκης λάζοιο νέον πανακαρπέα θάμνον,
Μάντιν ἐνὶ ζώοισι γεράσμιον, ᾗ ἐν Ἀπόλλων
Μαντοσύνας Κορυπαῖος ἐθήκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν.
Μῖξ δὲ κονυζῆεν φυτὸν ἔγχλοον, ἠδὲ καὶ ἀκτῆς
Καυλοὺς ἠνεμόεντας, ἰδὲ πτερὰ πολλά, καὶ αὖθι
Σαμψύχου, κύτισόν τε, καὶ εὐγλαγέας θυμαλίδας.
Πάντα δὲ λίγδῳ θρύπτε, τὰ ἐν σκαφίδεσσι δοχαίαις,
Φαρμάσσων μέθυ κεῖνο χοὸς δεκάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.

Floribus atq; etiam folijs insignis erica,
Cæditur: hanc apium volitant examina circum.
Seminibus vacuum ramum quoq; velle myricæ,
Quem mortale genus vatem veneratur; Apollo
Nam Coripæus ibi posuit fatalia iura.
Quin viridans folijs simul est miscenda coniza,
Sambuciq́; leues caules, florumq́; manipli
Sāpsuci, et citysus; thymalis quoq; turgida succo.
Cuncta sed in patulo sunt vase terenda, meraci
Parte ferens quantū decima dat congius vna.

Absoluturus quod inchoauerat medicamentum, addit prædictis Ericem folijs, floribusq́; decoram. Et sanè flore comatur

comatur decenti, ſpicaceo ferè, ac veluti in ſcopæ odoratæ morem congeſto, folijs corij puſillis, cuius floris paſtu apes, vt Dioſcorides ſcribit, mel reprobum efficiũt. Apud nos naſcitur copioſißima, reprobaturq́; inter alia mellis genera, quod ex huius flore lectũ fuerit. Cepell hodie vocant rura. Vnde Scholiaſtem Græcum hallucinari maximè conſtat: qui dicat ericam folio hederæ præditam eſſe, longiore, & aſperiore. Addit præterea ramulũ myricæ, quẽ ϖανακαρπία dixit: quæ vox ſi ad verbũ transferenda ſit, penitus infructiferũ ſignificat, id eſt, πάντη ἄκαρπον. qua voce alterutrum ſignificare voluit. Aut genus myricæ ſterile, infœcundumq́; quærendum eſſe, aut recentem ramulum ipſius, priuſquam fructũ ederit, vellendũ, quod magis placet. Nam Dioſcorides duo myricæ genera cõſtituit; ambo verò fructifera, nec admodũ reluctaremur ſi quiſpiã, Seminibus plenũ vertat in hac parte, illud πανακαρπία, accipiens ἀντιφραστικῶς, quæ figura Nicandro eſt maximè familiaris. Vocauit autẽ myricæ ramulũ μάντιν. i. vatẽ, quoniam Apollo vaticinia reddi, geſtato huius ramulo ſanxerit, atq; ideo in ea poſuiſſe vaticinia, & iura mortaliũ dicitur. Quod & ſeruãt magi, et Scythæ, qui myricino vaticinantur ligno, mosq́; hic vaticinãdi ab alijs multis gẽtibus obſeruatus eſt. De qua re Herodotus plura, tum in. 4. tum alibi ſcribit, plurimos ſcilicet in Europa hac plãta vaticinia reddere ſolitos. Quin & in Lesbo Apollo virgã myricæ geſtat, vnde et myricæus eſt cognominatus. Idipſum vetuſtißimi ſcriptores multi retulerũt. Porrò de ſambuco nihil dicendũ aliud videtur q̃ caules eius, dictos eſſe ἠνεμόεντας. i. ventoſos, propterea quòd leuißimi ſint, minimumq́; ponderis habeant, ob laxitatem. Conyza, & ſampſucus,

notißimæ sunt plantæ. Cytisus multis annis fuit ignorata, & nescio an adhuc in Gallia, Germania, & Italia cognoscatur. Ego multis regionibus peragratis non alibi prosilientem sponte Cytisum vidi, quàm in Hispania, in qua saginantur pecora huiusce herbæ pastu. Arbustacea facie surgit folijs incanis, dorso tumente, maxima ex parte ternis, vt in loto, longioribus, craßis, flore luteo, pisi figura, à medio caule vsq; ad cacumen coronatur, virgas edit ab vna radice plures, Qui ex radice statim caudex erumpit lignea duritie riget, vt arborescere posse nō dubitem. Nostri bogas candidas vocant, quoniam ad vsum sericorum vermiū maximè eligatur, cum nō sit tam implexa, ac aliæ herbæ. Deniq; thymalis, à recentioribus tithymalus dicta est. Sunt autem huius genera multa, vt Dioscorides proprio recenset capite.

Ἀλλ' ἤτοι γερύνων κανάχοις περὶ ἄλλα τοκῆος·
Βάτραχοι, ἐν χύτρῃσι καθεψηθέντος ἄρειστοι
Βάμματι, πολλάκι δ' ἧπαρ ἐνὶ χεδίῃ ποθὲν οἴνῃ
Ἢ αὐτοῦ σίνταο κάρη κακὸν, ἄλλοτε νύμφαις,
Ἐμπιέθεν, ποτὲ δ' οἴνου ἐνὶ σταγόνεσσιν ἀρήξει.

Ramula quin etiam rauco clamore molesta
Longè alijs præstat, feruente liquamine cocta.
Vipereum'ue iecur potatum sæpe meraco
Profuit in Schedio, caput aut lugubris echidnæ
Lymphis erit dandū, stillis ni mauis Iachi.

Ranæ

Ranæ si ex oleo, & sale decoctæ edantur, iusq; earum itidem sorbeatur, cõtra omnium venenatorum animalium virus pellent: neruosumq; genus omne confirmant. Viperarum porrò iecur, contra viperarum morsus commendatur: quod & Plinius confirmat. 29. naturalis historiæ volumine, eos qui viperæ iecur coctum aliquãdo hauserint, postea à serpentibus non feriri scribens. Nicander in Schedio vino iecur viperæ laudauit: est autẽ Schedium vinũ, aut quodcunq; ad manum fuerit, aut Aegyptiũ. Nam Schedia Aegypti ciuitas est. Demetrius Schedium vinum procercyreo accepit: est autem huiuscemodi compactũ craßitudine, vt Agathocles in libro de victus ratione scribit. Præterea viperarum capita idem omnino præstant: aut aqua, aut vino potata. Plinius capita viperarũ ictibus earundem vtiliter imponi scripsit: ego in his veneni redundantiam semper timerem, magisq; mihi suspectum caput esset, quàm iecur, ob dentium malitiam.

Μὴ σύγ' ἐλιχρύσοιο λιπεῖν πολυδεύκεος ἄνθην
Κόρκορον ἠμύοντα, πανάκτειόν τε κονίλην,
Ἥντε καὶ ἡράκλειον ὀρείγανον ἀμφενέπουσι.
Σὺν δὲ καὶ ὄνου πετάλειον ὀρείγανον, αὐάτε θύμβρης
στρομβεῖα ψώχοιο κακῆς ἐμφόρβια νούσου.

Iam neq; flauescens elichrysi flosculus absit,
Corchorus aut flexus; medica aut virtute conila
Herculeũ dicũt quam nomine origanon ipsam

Atq; onophylla simul cõiũgis origana, thymbræ
Grana terẽs; cladẽ nanq; hæc populãtur iniquã.

Elichrysos, aut vt Theophrastus Heliochrysos, à solis & auri fulgore dicta plãta, à nostris herbarijs, quanquam hoc nomine cognita non sit, circumfertur: ipsi mancanellam nominant: officinæ stæchas citrinum. Corchorus inter olera refertur, vnde in adagiũ venit: κόρχορος ἐν λαχάνοις, id est, corchorus inter olera: transfertur'que ad frugales quosdam, & indignos, qui sorte sua maiores honores aucupentur, ac se cõmisceant optimatibus, cùm herbula hæc vilis, humillimaq́; censeatur, ac gaudeat maximè inter grandißima quæq; olera nasci. Dioscorides, ac Plinius anagallida corcorum dici memoriæ prodiderunt, quod si ea est (vt credimus) ἠμυόεντα procul dubio ipsam appellauit Nicander, quòd semper humi procumbat, nec queat erecta assurgere, nos flexam eadem ratione diximus, quoniam vox illa omnia hæc significare videatur. Porrò conila, si Dioscoridi credimus, syluestre origanum fuerit Nicandro, quod et Heracleum panaces etiam vocauerit. At verò si verba Nicandri diligenter expendantur, Heracleum origanum (inquit) quod & cunilam vocant. Vtcunq; autem res accipiatur, neq; heracleoticum origanum, neq; onophyllon, quod alio nomine onitis dicitur, (quòd sciam) cognoscit nostra ætas: neq; aliud origani genus vnquam cõperire potuimus, præter id, quod vulgò notum, circumfertur, quod syluestre esse haudquaquam ambigimus.

Ἄγρει μὴν, ὀλίγαις μηκωνίσι ῥάμνου ἐΐσην

Ἐρεμβὴν,

Ἐρσήεσσαν, ἀργῆτι δ' ἀεὶ περιτέτροφεν ἄνθει
Τὴν, ἤτοι φιλέταιρον ἐπίκλησιν καλέουσιν
Ἀνέρες, οἱ τμώλοιο παραὶ Γύγαό τε σῆμα
Παρθένιον νέουσι λέπας, τόθι κλέζος ἀεργοὶ
Ἵπποι χιλεύουσι, καὶ ἀντολαὶ εἰσὶ Καΰστρου.

Quin capies rhānū, quæ parua papauera fingit,
Rore madeſcētem, candenteq; flore venuſtam.
Hanc omnes dicūt Philetærim nomine gentes
Quæ Tmolum iuxta, ac Gygæ lugubre ſepulcrū
Parthenios mōtes habitant: quo Clezica tellus
Segnes nutrit equos, vbi ſunt primordia cauſtri.

Rhamnus arbor eſt ſpinoſa, cuius genera tria Dioſcorides tradidit: ego (quòd ſciam) in Hiſpania aliud Rhamni genus quàm primum non vidi, hoc verò multis in locis naſcitur, quo ſepes muniuntur. Nicander paruis papaueribus rhamnum ſimilem dixit, aut quoniam folia tum incana, tum craſſa vti papaueris ſint, aut quoniam ſumendæ ſint ex ipſo viticulæ non maiores ramis papaueris, quod Scholiaſtes intellexiſſe videtur. Topographica autē deſcriptione amplificat rhamni hiſtoriam: philetærim ipſam, id eſt, ſocialem (vt ita dicam) à Myſis, & Lydis inquiens nominari. Nam Tmolus mōs eſt Lydiæ, in qua Gygas quondam rex extitit, cui ſepulchrum honorificentiſſimum erectum eſt. Quin & Gygæa palus Lydiæ, & Myſiæ cōtermina.

mina. Porrò Parthenium, promontorium est Lydiæ, & Clezus mons eiusdem, vbi multi pascuntur equi, quos segnes nominauit Nicander, quoniam curribus addicti non sint, nec domiti ab incolis.

Νῦν δ' ἄγε τοι ῥίζας ἐρέω ὀφίεσσιν ἀρωγούς.
Ἔνθα δύω ἐχίεια πιφάσκεο. τῆς δὲ τὸ μὲν τοι
Ἀγχούσῃ προσέοικεν ἀκανθήεν πετάλοισι,
Παῦρον ἐπεὶ τυτθόν τε καὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνει.
Ἡ δ' ἑτέρη πετάλοισι, καὶ ἐν καλύκεσσι θάλεια,
Ὑψηλή. ὀλίγῳ δὲ πέριξ πορφύρεται ἄνθει.
Βλάστη δ' ὡς ἔχιος, σφεδανὸν δ' ἐφύπερθε κάρηνον.
Τῶν μὲν, ἀπ' ἀνδρακάδα προταμὼν ἰσήρεα χραισμεῖν,
Ἢ σφέλᾳ, ἢ ὅλμῳ κεάσας, ἢ ῥωγάδι πέτρῃ.

Nunc cape quæ prosunt radices anguibus atris.
Ergo Echiæa duo prorūpūt, fronde sed vnum
Anchusam referens, horrentius exit ab imo,
Cuius parua tamen radix haud figitur altè.
Ast aliud folijs, & toto germine lætum
Surgit: purpureo vestitum flore pusillo.
Vipereo semen capiti similatur acuto.
Ex his, sume pares tundendas illico partes
Aut pila, aut pelui, duræ vel fragmine petræ.

Duo

Duo Echij genera Plinius facit; vnũ pulegio simile, coronatum folijs, neque de ipso scribit plura, alterum lanugine distingui spinosa, cui capitula sunt viperæ. Nullum Echium a Nicandro descriptorũ, conuenit cum primo Plinij echio. Alterum Nicandri Echiũ herba est hircina nuncupata, primum verò credimus esse communẽ triuialemq; hanc anchusæ speciem, quæ temere vbiq; prouenit in campis, & iuxta semitas. Vidimus autem nos his annis elapsis in oppido Angresola nomĩe, anchusæ genus quoddam tam venusta forma, vt credam formosiorem plantam reperiri non posse, huius caulis latus erat, instar quatuor digitorum, non admodum crassus sed membranæ in modum tenuis, ab imo, sursum tanta florum purpureorum copia insignis, vt nõ cederet pulchritudine pennis struthio camelorum, quæ galeis imponuntur

Ἠὲ σύ γ' ἠρύγγοιο καὶ ἀλθήεντος ἀκάνθου
ῥίζαν λειήναιο, φέροις δ' ἰσοῤῥεπὲς ἄχθος
Ἀμφοῖν, καὶ κλώθοντας ἐν ἀρπέζαισιν ἐρίνου.
Λάζεο δ' εὐκνήμοιο κόμην βρίθουσαν ὀρείης,
Καὶ πέραδος νεμεαῖον ἀειφύλλοιο σελίνου,
Σὺν δὲ καὶ ἀννήσοιο τὸ διπλοῦν ἄχθος ἀείρας
ῥίζαις ὁλκήεσσαν ὑπὸ πλάστιγγα πεσοῦσαν.
Καὶ τὰ μὲν, ὀργάζοιο, καὶ ἂν ἐν τεύχει μίξας,
Ἄλλοτε μὲν τ' ἐχίων ὀλοὸν σίνος, ἄλλοτε τύμμα
Σκορπιόεντα τε, δῆγμα τ' ἐπαλθήσαιο φάλαγγος.

Τρίπλοον

τριπλόου ἐνθρύπτων ὀβελοῦ βάρος ἔνδοθεν οἴνης.

Nec ſecus Eryngi, pariterq́; ſalubris acanthi
Radix, trita pari miſcenda eſt pondere dictis.
Addenda et tenuis qua vallibus hæret erinnus.
Atq; coma eucnemi mõtanæ germine prægnãs.
Quin Apij ſemen nemeæi fronde perennis,
Hisq́; duplũ pondus iungendum fortis aneſi
Quo lanx preſſa ruat ceu præceps põdere graui.
Cuncta ſubacta tamen, patulo promiſcua vaſe,
Vipereum morſum vincunt, ac vulnera curant
Dira nepæ, ſuperantq́; phalangis virus iniquũ,
Vino trita ferens obolorum pondere ternum.

Non tantum de radicibus, quæ venenatis aduerſantur ediſſerit, ſed intermiſcet etiã frondes & ſemina. Eryngiũ igitur, & acanthus notißimæ ſunt plantæ, aduerſusq́; venena expetitæ, primam noſtri panical vocãt, alteram verò carneram, ſephaſiæ brancam vrſinam. Erinus apud fontẽs & fluuiorum ripas in vallibus maximè naſcitur, folijs ocimi, herbarij lactariam vocant; quoniam caules & folia lacteo ſucco madent. De Eucnemo herba nihil (quòd ſciam) ſcriptum cõperi apud probatum aliquem autorem, fortè eo nomine πολύκνημον *voluit ſignificare, quæ herbula frequẽs eſt, in multis locis pulegio ſimillima, vnde regale pulegiũ cognominatur. Nec ignoramus Scholiaſtẽ* εὔκνημον

tanquam

tanquam epitetum ὀρείης etiam accepisse, perinde ac si εὔκλαδον dixisset.i. surculosam, læteq; surgentem. Sed neq; ὀρείης herbæ nomen nobis vnquam notum fuit. Porrò apiũ vocauit nemeæum, quoniam in nemesiacis ludis victores eo coronabãtur. Anetũ, quod Græci anesum vocant, notũ satis est: quare in præsentia de eo plura dicenda nõ sunt.

Φράζεο δ' αἰγλήεντα χαμαιλέον, ἠδὲ ὀρφνὸν
Δοιοὶ δ' ἀμφὶς ἔασιν, ὁ μὲν, ζοφοειδέλος ὤπην
Ἤικται σκολύμῳ, τροχέην δ' ἀπεχεύατο χαίτην,
Ῥίζα δ' οἱ βριαρὴς τε, καὶ αἴθαλος, ἥ δ' ὑπὸ κνημοῖς
Σκαιοῖς ἐντελέθει φυξήλιος ἐν νεμέεσσι.
Τὸν δ' ἕτερον δήεις αἰεὶ πετάλοισιν ἀγαυρόν,
Μέσσῃ δ' ἐν κεφαλῇ φύεται πεδόεσσα μολοβροί,
Ῥίζα θ' ὑπεργήεσσα, μελίζωρος δὲ πάχεσθαι.
Τῶν δὴ κυάνεον μὲν ἀναίνεο. τῆς δ' ἀπὸ φάρσος
Δραχμαῖον ποταμοῖο πιεῖν ὑδάτεσσι ταράξας.

Nunc agè fulgentem perpẽde Chamæleon altis
Collibus hærẽtem: gemina tamen indole crescit.
Nam niger vt scolimus diffusa fronde comatur:
Dura sed est radix, nigricansq; per auia mõtis,
Vmbrosumq; nemus, solem auersata tuentem.
Candidus, at rigidis occurrit frondibus vsque.

Quiq;

Quiq; iuba ex media pumilū caput erigit horrēs,
Candida quin radix, dulciq; referta liquore.
Ergo niger valeat, candentis sumito partem
Pōdere quæ drachmæ lymphis sorbēda feratur

χαμαιλεόν appellauit Nicander, quem Dioscorides χαμαιλεόντα vocat: Cuius perinde ac ille duo constituit genera nigrum, & candidum. Nigrum mortiferum est, ac propterea eius vsus intra corpus interdictus est, quod & Galenus monet. Candidi verò facultas, tantum abest, vt quid deleterij præseferat, vt in pestis remedium Carolo magno ostensa sit, vnde & nomē Carlinæ sibi conciliauit. Apud nos multis in locis prouenit longa, crassaq; radice. Niger non vsquequaq; notus: vidimus tamē cardui genus quoddam in montibus, cui notæ omnes nigri chamæleonis congruebant, illius tamen nomen nullum à rusticis potuimus extorquere. Legi tamen per totam Italiam reperiri, & in montibus, & collibus vallis Ananiæ potißimum.

Ἄλλην δ' Ἀλκιβίοιο φερώνυμον αἴρεο ποίην,
Δράχμα χερὸς πλήσας, παύρῳ δ' ἐν νέκταρι πίνοις.
Τὴν μὲν, ὑπὸ σκοπέλοισι φαλακραίοισιν ἐπακτὴρ,
Κρύμνης ἀμπεδίον, καὶ ἀνὰ γράβον, ἦδ' ἵνα θ' ἵππου
Λειμῶνος, σκυλάκεσσιν ἀμυκλαίῃσι κελεύων
Κυζηθμὸν κυνὸς ὅλον ἐπώρινε θυμολέοντος,
Ὅστε μεταλλεύων αἰγὸς ῥόθον, ἐν στίβῳ ὕλης,

Κανθῷ

Καυθῷ ἐν ῥαντῆρι τυπὴν ἀνεδέξατ᾽ ἐχίδνης.
Καὶ τὴν μὲν κλάγξας ἀφεκὰς βάλε, ῥεῖα δ᾽ ἐποίης
φύλλα κατέβρυξε, καὶ ἀλεύατο φοινὸν ὄλεθρον.

Quin aliam Alcibij de nomine vellito plantam
Plenaq; quod capiet manus offer, misceq; vino.
Hanc inter scopulos Troiæ seruasse repertam
Venantē memorāt, cùm per viridaria Crymnæ
Atq; Grasi, canibus, & equi per prata, iuberet.
Quando canis mouit latratum Thymoleonis
Qui capiens capræ vestigia nare sagaci
Iuxta oculum vulnus sensit crudelis echidnæ:
Quā abigit quatiēs, ac mox conuersus ad herbā
Fronde satur potuit mortem vitare cruentam.

Iam antea meminit alterius Alcibij, attexuitq; fabellam vnde & nominis ratio patuit: sed eam ἀλκιβίου ἔχιν nominauit, id est, Alcibij echin, vt multis inde non immeritò orta sit suspicio, in ea parte de echio Nicandrum fecisse mentionem, quod tamē haudquaquam probamus, quoniam postea de duobus echijs fecerit mentionē. Sed potius credimus Anchusæ genera, Alcibia dicta esse à Nicandro, quanquàm Dioscorides, secundū eius genus priuatim hoc nomine donauerit. Nobis Anchusæ tria genera à Dioscoride descripta notißima sunt, primumq; & tertiū, in cam-

 pis vbiq;

pis vbiq; nascuntur, illud quidem lasciuũ, quod buglossam syluestrem nõnulli appellant, hoc verò exile, quod milium solis adulterinũ quidam dicunt. At verò secundum genus, de quo in hac parte Nicandrum agere credimus, in sabulosis maximè nascitur apud nos, tum maritimis locis, tum montibus ipsis, fœminæ columbinũ pedem solent appellare. Crymne, & Grasus, campi sunt, & planities Troianæ; equi autem prata nominauit, in quibus ligneus equus fabricatus stetit, in Troianorum perniciem: nam nomen postmodum loco inditum ex equo est.

λάζεο δ' ἔγχλοα φλοιὸν ἐλαιήεντα κρότωνος.
Συμμίγδην πετάλοισι μελισσοβότοιο δασείης.
Ἠὲ καὶ ἠελίοιο τροπαῖς ἰσώνυμον ἔρνος,
Ἥθ' ὑπεριονίδαο παλιστρέπτοιο κελεύθους
Τεκμαίρει, γλαυκοῖσιν ἴσον πετάλοισιν ἐλαίης.

Præterea viridẽ, pinguemq; crotonis amictum
Cum folijs densis apiastri misce resectum.
Aut plantam iugiter solem quæ aduersa tuetur
Vnde trahit nomẽ, monstrãs iter vsq; coruscum
Solis, & hinc glaucis oleæ par frondibus exit.

Croton, planta notißima est; Ricinus à Latinis dicitur, nomenq; inde inuenisse videtur, quod semẽ eius, insectum canum, & boum auribus adhærens pulchrè æmuletur. nostri mugeram vocant, officinæ Keruam, aut palmam Christi. Apud

sti. Apud nos multis in locis arborescit, sed tanquam inutilis frequenter præsciditur. Scholiastes crotona folium piceæ habere scripsit, id tamē docti tanquam ridiculum reijciunt. neq; nos multum moramur, quidquid ille in plantarum censura dixerit. Cæterum heliotropium planta, quam περιφραστικῶς poëtico more pinxit Nicander, ea est, quam nostri caudā scorpionis vocant, nonnulli herbā cancri, duorum sanè generū, nam vna folio assurgit longiori, satis ad oleæ frondes accedens, quanquam Dioscorides ocymo cōparauerit, flos in caudæ scorpionis effigiem intorquetur, vnde nomem traxisse videtur, caudæ scorpionis. Altera rotundiore est folio, fructu verrucarū instar pensili, nostriq; ideo verrucariam nominant; cuius verrucæ si lineo panno perfricentur, aut papyro, statim quidem colore viridi ipsum maculāt, sed sensim color ille in cyaneum abit. Verrucis, & myrenecijs vtilissimus est ipsius fructus contritus. Scholiastes etiam in hac plāta suo more aberrat: & nescio quæ de scorpiuro inepta sanè profert.

Αὔτως δ' ἢ ῥίζαν κοτυληδόνος, ἥτ' ἀνακρυμὸν
Ῥηγνυμένων ὀλοφυγδὰ διήφυσε ποσσὶ χίμετλα.
Δήποτε δ' ἢ βλωθροῖο πυρίτιδος ἔγχλοα φύλλα,
Ἢ σκολοπενδρείοιο φέρειν ἀπὸ καυλὸν ἀμήσας.
Ἄγρει καὶ πάνακες φλεγυήϊον, ὅῤῥά τε πρῶτος,
Παιήων μέλανος ποταμοῦ παρὰ χεῖλος ἄμερσεν,
Ἀμφιξυωνιάδαο θέρων Ἰφικλέος ἕλκος,
Εὖτε σὺν Ἡρακλῆϊ κακὴν ἐπυρέκτεεν ὕδρην.

Haud aliter radix prodeſt Cotyledonis, vſus
Non parui, pedibus tumidis algore chimethlis.
Atq; virens folijs miſcenda tenella pyritis,
Aut ſcolo pendra recẽs, exempto caule, ferẽda.
Quin panaces capies phlegyeiõ; amne quod olim
Ex Melane auulſit primus per littora Pæan,
Quãdo Iphicli prolẽ mulſit genus Amphitryonis
Hercule cũ forti nanq; ille cremauerat hydrã.

Cotyledona, Latini ſcriptores vmbilicum Veneris nominant, herbarij, auriculam ſacerdotis: naſcitur in vetuſtis muris, & locis humectis, cuius facultatem cõmendauit ad perniones, non quidem vt referunt ſcholia, ſi deuoretur herba, ſed potius ſi illinatur, nam & ſacro igni, inflammationibus, & ſtrumis facit, vt Dioſcorides teſtatur. Sunt autem chimethla (quos Latini perniones vocant) frigoris iniuria naſcentes in digitis tumores, ob ſanguinẽ inibi con creſcentem, qui frequenter rumpuntur in vlcera. Pyritis ab igneo, feruẽteq; guſtu dicta eſt, neq; alia ſanè cenſetur à pyrethro. Cæterum, quod de ſcolopendra, aut ſcolopendrio dixit, mirum nõ animaduertiſſe Scholia. ait enim exempto caule, inijciendam hanc herbam, quæ ne per ſomnium quidem caulem gerat. Quod ſanè à poëta veluti per iocum, & ἰρονικῶς, aut per ἀντίφρασιν dictum eſſe arbitramur. Scolopẽdrion verò noſtri auratam herbam (quod dorſum eius veluti aureis lituris fulgeat) nominãt, ſeplaſiæ ceterach. Porrò Pæan Aeſculapius eſt: Apollinis filius, &

lius, & Coronidis nymphæ, quæ nata est ex Phlegyo, vnde & Asclepium panaces Phlegyum à Nicandro cognominatum est. Aut quòd in Phocide maximè nascatur: nam Phlegya gens Phocidis est. Hac autem planta auulsa ex littore Melanis fluuij Beotici, dicitur Aesculapius curasse Iolaum Iphicli filiũ, quando Herculi cum Hydra pugnanti opem tulit, vnde & nomen herba hæc adepta est.

Εἰ δὲ σύ γε σκύλακας γαλέης, ἢ μητέρα λαιδρὴν
Ἀγρεύσεις πρόσπαιον, ἀπὸ σκύλαιο δὲ λάχνην,
Καρφαλέου καθύπερθε πυρὸς σελάοντος ἀϋτμῆς,
Τῆς δ' ἀπὸ ἔγκατα πάντα βαλὼν, καὶ ἀφόρδια γαστρὸς,
Φύρσον ἁλὸς θείοιο, καὶ ἠελίου δίχα τέρσον,
Μή τι ἐνισκήλῃ νεαρὸν σκίναρ, ὠκὺς ἀΐξας.
Ἄλλ' ὁπόταν χρειώ σε κατεμπάζῃ μογέοντα,
Σώχε διακνῆσι σκελετὸν δάκος, ὅιατ' ἀφαυρὸν
Σίλφιον. ἢ στροφάλιγγα περὶ ξηροῖο γάλακτος,
Οἴνῳ ἐνικνήθων. τὸ δέ τοι περιφερέστατον ἄλλων
Ἔσσεται, πάντας γὰρ ὁμῶς ἀπὸ κῆρας ἀλύξεις.

Huc catuli facient mustellæ, arguta'ue mater,
Capta recens, iugulum trãsfixa, pilisq; reuulsis;
Accensa valida subter, fulgenteq; flamma.
Iamq; procul iactis retrimẽtis ventris, & extis

Condiri salibus debet siccanda seorsum
A radijs solis, ne exucto hnmore tabescat.
Sed cùm poscit opē miseranda ærumna doloris
Ancipiti resecans prædurum corpus, & addens
Silphion & laxum, duri'ue resegmina lactis
Trita mero sumēs præstans medicamē habebis.
Nanq; potest omni in summa succurrere pesti.

Mustellæ nomē apud Latinos anceps est, perinde atq; γαλῆς & ἰκτίδος apud Græcos. γαλῆ domesticam mustellam videtur significare Nicādro, cùm ipse syluestrem mustellam, qua auiculas venamur ἰκτίδα potius vocauerit in Aspidis historia. Sed & Dioscorides hoc ipsum medicamentum recensens, apertè vulgaris mustellæ fecit mentionem, libro secundo, cap. 23. inquiens, γαλῆ κατοικίδιος, id est, mustella quæ in domibus nostris oberrat. Est autē hæc vulgaris mustella, quam fuinam nostri vocant, aliqui verò ginetam. Cæterum syluestres sunt ἰκτίδες, tum quas proprio nomine mustellas vulgò nominant, tum quas vocant furones, Latini verò viuerras. Sunt & alia mustellarum genera, quæ non est præsentis negotij explicare. Laxum silphium Nicander dixit ἀφαυρὸν σίλφιον, est autem cyrenaicus succus, quem nostri Ben Iudaicū vocant; laxum quidē dictū, quemadmodū Scholiastes annotauit, παρὰ τὸ χαῦνον, καὶ οὐκ στρυφνὸν τὸ σίλφιον, id est, quia laxum, nequaquam autē compactum, aut adstringens est silphiū: at verò ἀφαυρὸν propriè frugale quidpiam, ac vile, nulliusq;

rationis

rationis significat. *Duri resegmina lactis*, periphrasticos pro casei fragmentis ponuntur, Græcè dixit ἢ στροφάλιδα τυροῦ ξηροῖο γάλακτος, At στροφάλιδα, inquit Scholastes, ἣν ἡμεῖς στρωφαλίδα λέγομεν dixit, id est, quē nos casei orbem dicimus. Interim tamen illud non est dißimulandum, dictū esse à Nicandro: Σῶχε δ' ἀκνῆσι σκελετὸν δάκος, οἷά τ' ἀφαυρὸν σίλφιον, id est, scalpro rade arefactū feræ corpus, perinde ac molle silphium: quæ oratio anceps nobis esse videtur. nam hæc, simplex cōparatio esse potest, vt dicat perinde esse secandam duram carnem, ac solet silphium, aut caseus scalpo radi. Potest etiam his verbis præcipere, non solum carnes arefactas mustellæ esse secandas, sed & silphium, non secus, aut casei orbis, quam nos seruauimus mentem in versione, quoniam ad antidoti efficaciam illa non parum facere videantur, quanquam Dioscorides nihil tale addiderit. Liberum tamen erit tibi quod magis arriserit eligere.

Γνώθεο δ' εἰναλίης χέλυος κρατέουσαν ἀρωγήν,
Δήγμασιν ἔλαρ ἔμεν δολιχῶν, ὅσα φῶτας ἀνιγροῖς
Ἑρπετὰ σίνονται. τὸ δέ τοι μέγ' ἀλέξιμον εἴη.
Ἤτοι ὅταν βροτολοιγὸν ὑπὲρ πόντοιο χελώνην
Αἰγιαλῶν ἐρύσωσιν ὕδει ξερὸν ἀσπαλιῆες,
Τὴν δ' ἀνακυπτώσας, κεφαλῆς ἄπο θυμὸν ἀράξαι
Μαυλίδι χαλκείῃ, βλοσυρὸν δ' ἐξ αἷμα χέασθαι
Ἐν κεράμῳ νεοκμῆτι καμινόθεν. ἐκ δ' ἐπελιδνόν.

Οὐρὸν ἀποκθῆσαι πλαδόοντ' ὕδρῃ γέϊ μάχησιν.
Ἧς ἔπι δὴ τέρσαιο, διαδρυφὲς αἷμα κεάσας,
Δραχμάων πισύρων μίσγων βάρος, ἐκ δὲ κυμίνου
Δοιὰς ἀγροτέροιο, καὶ ἐκ ταμίσοιο λαγωοῦ
Τετράμορον δραχμῇσι δύο καταβάλλεο βρῖθος.
Ἔνθεν ἀποτμήγων, πιέειν δραχμαῖον ἐν οἴνῃ.
Καὶ τάδε μὲν τ' ὀφίεσσιν ἀλεξήθηκεια δήεις.

Nosseq; præstantem par est testudinis vsum
Æquoreæ, longis haud parui pōderis vnquam
Reptilibus, solitis homines absumere morsu.
Hanc igitur quando conclusam fortè sagena,
Littoris ad tenuem traxit piscator arenam,
Haud mora, perualido resupinū vulnere collū
Cuspide ferrata scindes, fundesq; cruorem,
Fictile quē capiat, nuper fornacis ab ore:
Atq; serū fluitans purgandū ex sanguine colo,
Vt siccata queat diffringier ossa cruoris.
Vnde quater drachmæ pondus rescinde, cumini
Sylue strisq; duas, leporisq; coagula iūge, (tem
Quæ gemīæ drachmæ quartā æquēt pōdere par

Hæc

Hæc miscenda tũ, vino sed drachma bibẽda est.
Atq; hæc sunto tibi serpentũ amuleta venenis.

Vastum animal testudo marina est: tantáq; crescit proceritate, vt apud Trapobanam insulam (nam mare illud testudinibus abundat) tecta domorum, non ex ligneis trabibus concinnentur, sed ex tegumẽtis maximarum testudinum. Vniuscuiusq; autẽ superficies integrũ tectum præstare potest; cùm ad quindecim cubitorum magnitudinem vsq; procedant. Sed mirum profectò illud est, neq; silentio dignũ, quod de his marinis testudinibus naturales scriptores memoriæ prodiderunt. Caput scilicet harum abscissum, non statim commori, sed diu viuere, vt si manus, aut stipulam oculis admoueas, sponte claudantur; & interim quod obuersetur ori morsu conteratur. Quin horum oculi fulgentißimi sunt, quorum pupillæ candidißimæ, ac splendidißimæ cùm sint, eruuntur, & anulis clauduntur, & imponuntur monilibus. Longè tamen maiorẽ vsum sanguis ipsarum præstat, qui venenis aduersatur serpentium, ex quo medicamentum paratur maximi momenti, quemadmodum Nicander scribit. Expurgata primum serosa sanguinis parte, coloq́; transfusa, vt in offam sensim concrescat sanguis, indeq́; quatuor drachmarũ pondus sumẽdum est, addendæq́; syluestris cumini duæ, & leporini coaguli drachmæ semißis. Mox omnia simul subigenda, ex vinoq́; huius medicamenti drachma vna bibenda.

Ἔργα δὲ τοι σίνταο πολυφράζοιο φάλαγγος,
Σήματά τ' ἐν βρυχμοῖσιν, ἐπεὶ ῥ' ὁμὸν, αἰθαλόεις ῥὼξ

Κέκληται, πισσῆεν, ἐπασσύτερος ποσὶν ἕρπων·
γαστέρι δ' ἐν μεσάτῃ ὀλοοῖς ἔσκληκεν ὀδοῦσιν.
Τοῦ δὲ καὶ ἐγχρίμψαντος, αὐστήτῳ ἴκελος χρὼς
Μίμνει ὁμῶς, τὰ δ' ἔνερθε φάη ὑποφοινίσσονται,
Φρίκη δ' ἐν ῥέθεϊ σκυρίπτεται, αὐτίκα δὲ χρὼς
Μέζεά τ' ἀνδρὸς ὕπερθε τιταίνεται, οὐδ' ἔτι καυλὸς
Φύρματι μυδαλέος προϊάπτεται, ἰσχία δ' αὕτως
Μάλκη ἐνισκήπτουσα, κατήριπεν ἐχμάτα γούνων.

Nunc age iam virus perpẽde Phalãgis iniquũ,
Signaq; mordẽtis, ſiquidẽ quẽ Rhoga vocarũt,
Eſt niger, atq; pedũ magno cumulatur aceruo,
Dentibus & frendet, medio de vẽtre profectis.
Dum ferit haud remanẽt veſtigia vulneris vlla
Lumina ſed ſubter rutilant, ac vndiq; corpus
Occupat algor iners, fundũtur mẽbra deorſum.
Semine quin madidũ membrũ genitale tumeſcit.
Flacceſcens nunquam, frigus coxendicis oſſa
Inuadens ſubitò genuum ligamenta reſoluit.

Poſtquam de ſerpentiũ varijs generibus, & medicamentis ipſorũ venenis aduerſantibus, hactenus egit Nicander, iam nunc ad phalangiorum genera trãsfert tractationem,

quorum

quorũ notas accuratiſsimè omniũ tradidit. Sũt igitur pha langia in genere araneorũ, à longitudine internodiorum in cruribus ita nũcupata, quoniã Græcos olim digitorum internodia φάλαγγας vocaſſe Galenus eſt autor. Græci ergo id araneorum genus, nunc phalangion neutro genere, nunc verò φάλαγγα masculino dixerunt, quanquam Latini ſcriptores magis priorem vſurparint nomenclaturam, interim tamen nobis non placuit, in hac parte Græci ſermonis vbertatem ſpernere. Multa phalangiorum genera recenſent naturales ſcriptores, ſed omnes inter ſe non conueniunt; nam aliter Plinius, aliter Aetius, aliter Nicander genera ipſorum connumerat. Primumq; vocauit Rhoga, quoniam acino vuæ, qui ῥὼξ nominatur, corpore ſit ſimilis: Plinius Rhagion vocat, colore nigrum, cuius os in medio ventris hæreat minimum, pedibus breuiſsimis tanquam imperfectis, id ipſum Gillius in eo, quem ex Aeliano, aliiſq; autoribus ſuffarcinauit commentario, in Lybia naſci refert, pedibus longiſsimis, quod tamẽ ex quo ſit depromptum autore non explicauit. Conſtat tamen non ex Plinij ſolum, ſed Aetij autoritate id genus haudquaquam longis, cæterum breuiſsimis pedibus conſtare. Horum venenum acerbum eſt, & quæ percuſſos ſequuntur ſymptomata communia ſunt, iuxta magnitudinẽ, ac paruitatem inuicem diſcreta. In vniuerſum autẽ frigoris quidã ſenſus percuſsis inuehitur, quod venenũ naturæ aduerſum cũ ſit noſtræ, citiſsimam natiui caloris faciat extinctionẽ, inde ſaucius locus liueſcit, frigiditas adeſt, circa lumbos, genua & ſcapulas: inde flatuum copia excitatur, quæ rigore iugiter diſtẽdat genitalia; inde neruoſi generis contentio, quæ σπασμὸς Græcis

nominatur

nominatur maximè, circa inguina, & poplites naſcitur, quemadmodum qui de hoc veneni genere ſcriptores ſcripſerunt recenſent. Et quanquam inter ipſa ſymptomata nonnulla, quæ calori referenda accepta videantur dinumerentur, non eſt mirum in primo humorũ tumulum ſanguinem interdum, & bilem proprias notas efferre, veluti circa caput pruritum, & ſuras, percußi etiam loci ſimul cum dolore ruborem, antequam ictæ ſedis natiuus calor veneni atrocitate extingui penitus poßit.

Ἀστέριον δ' ἔτι ἄλλο πιφάσκεο, τῷ δ' ἐπὶ νώτῳ
Λιγνωτὰ στίλβουσι, διαυγέες ἐν χροῒ ῥάβδοι.
Βρύξαντος δ' ἀΐδηλος ἐπέδραμεν ἀνέρι φρίκη.
Ἐν δὲ κάρος κεφαλῇ, γούνων δ' ἐξ ὑπέκλασε δεσμά.

Exinde Aſterion dorſum cui pingue relucet,
Fulgentesq́; viæ diſcurrunt corpus in omne,
Si feriat titubant percußi membra rigore,
Et ſopor altus habet, genuũ ligamẽtaq́; flaccẽt.

Aſterion id genus dictum eſt, quoniam micantes ſtellarum inſtar in corpore ſuo virgulas habeat, nec poſſumus ad genus aliquod id reducere eorum de quibus, aut Plinius, aut Aetius egerunt.

Κυάνεον δ' ἔτι ἄλλο πεδήορον ἀμφὶς ἐΐσας
Λαχνῆεν. δεινὸν δὲ φέρει καὶ ἐπὶ χροῒ νύγμα,

Οὔζυα

ὅντινα γυώσει. κραδίη δέ οἱ ἐν βάρος ἴσχει.
νὺξ δὲ περὶ κροτάφοις, ἔμετον δ' ἐξήρυγε δειρῆς
λοιγὸν ἀραχνήεντα, νέμει δέ οἱ ἐγγὺς ὄλεθρον.

Cyaneumq́; aliud vastum lanugine septum,
Vulnera dira mouẽs, labefactat corpora morsu:
Corq́; graui languet confractũ pondere, et atra
Tempora nox ambit: vomitus quin pestifer ore;
Fata vocãs fluitat, ceu stamĩa texta ab arachne

Tertium Phalangij genus, Cyaneum nuncupatur, id est cæruleum, aut nigrũ, nomenq́; à colore inditum reor. Huius morsus atrocißimus est, nam venenum citißimam in totum corpus facit transitionem, corq́; ac cerebrũ, vnà cum ventriculo obsidet, excremẽta mouens similia aranearum telis, quæ non solum per vomitum reddantur, quemadmodum Nicander scribit, sed & per vrinam, & aluum. Huiusmodi autem excrementa araneosa (vt Scholiastes refert) nominantur, aut quoniam stamina referant aranearum, aut quoniam tenuia, similiaq́; ipsarũ telis. Est autem tale excrementum tangenti tenax, & succosum, quòd ob tenacitatem hæret in faucibus. Id genus phalangij Plinius cæruleum nominauit peculiari nomine, sed constituit ordine sextũ, lanuginosumq́; esse refert, lanugine nigra septum, caliginem concitans, & vomitus araneosos. Aetius (vt credo) huius non meminit, quanquam aliorum meminerit, de quibus Nicander non fecit mentionem.

Αγρώστης

Ἀγρώστης γε μὲν ἄλλως, ὃ δὴ λύκου εἴσατο μορφῇ
Μυάων ὀλετῆρος, ὀπιπεύει δὲ μελίσσας,
Ψῆνας, μύωπάς τε, καὶ ὅσσ' ἐπὶ δεσμὸν ἵκηται,
Ἄκμηνον δ' ἐπὶ τύμμα φέρει μεταμώνιον ἀνδρί.

Agrostesq́; lupi ſpecie conſurgit edacis
Muſcarũ, parat hic apibus retinacula, & ipſis
Crabrones, Culices, atq; id genus omnia captat.
Attamem eſt huius cùm mordet futilis ictus.

Agroſtes ab induſtria venandi nomem accepit hoc phalangium, quod lupo ſimile facit Nicander. Eſt autem lupus etiam ex araneorum genere quorũ Plinius duo genera conſtituit, minoresq́; haudquaquam texere credidit, maiores ſub terra cauernarum exigua veſtibula præpandere. Sed inter phalangiorum genera nullum priuatim Agroſtem cognominauit: quemadmodum neq; Aetius: ſed ita ſcripſit. Aeque Phalangion Græci vocãt inter genera araneorum, ſed diſtingunt lupi nomine. Aetius verò hæc refert: Alterum verò lupus appellatum muſcas perdit, eisq; paſcitur, ac corpus quidem habet latum ac volubile: partes verò circa collum ipſius inciſæ ſunt: amplius autem & os eius eminentias tres habet: cui ſanè delineationi aranei genus illud maximè conuenit, quod per vehementes ſolis ardores, in feneſtris, et parietibus oberrans muſcis inſidiatur, quodq́; aſſultim ingreditur, oris eminentias iugiter motitans, colore cinereo, punctis quibuſdam nigris diſtinctum. Scholia-

stes in hac parte, nõ est audiendus, qui lupũ ex muscarum genere esse dicit, colore nigrum, cruribus geminis, longißimisq; præditũ, quod volitat lentè, crura in caudæ modum extensa gestãs. Id muscæ genus apud nos est frequentißimum æstate, sed nescio an muscas voret, & an aranei genus aliquod huic simile reperiri poßit.

Ἄλλο γε μὴν δύσδηρι, τὸ δὲ σφηκεῖον ἔπουσι
Πυρσὸν ἅλις σφηκὶ παναλίκιον ὠμοβορῆι.
Ὅς δὴ θαρσαλέην γενεὴν ἐκμάσσεται ἵππου.
Ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν
Σκήνεσι πυθομένοισι λυκοσπάδες ἐξεγένοντο.
Τοῦ δὲ καὶ οὐτήσαντος, ὑπὸ κρατερὸν θέναρ οἴδει.
Νοῦσοι τ' ἐξέτροπαι μετὰ γούνασιν ἄλλοτε παλμός
Ἄλλοτε δ' ἀδρανίη, μινύθοντα δὲ τόνδε δαμάζει
Ἐσχάτιον κακοεργὸν, ἄγον παυσήιον ὕπνον.

Inde alud Dysderi, vocant Sphecæon & ipsum
Carniuoræ haud dispar vespæ, fulgensq; colore,
Acris equi sobolẽ, quã magna audacia mõstrat.
Nam genus extat equi vespis, apibusq; bouinũ.
Corpore nam putrido insectũ consurgit vtrunq;.
Sed pungente fera, sedes ingente tumore (brò
Turget: & excruciat genuũ dolor, & modo cre

Cor qua

Cor quatitur motu, modo languẽt mẽbra dolẽtis
Atq; domat somnus moribundũ segnis inertem.

Quintum genus Phalangij δύσδηρις nuncupatur, quòd sit atrocißimum, & expugnatu difficile, à similitudine tamen σφηκεῖον, id est, vespicum dicitur, quoniam colore & alui habitu, simile sit vespis. Has autẽ scilicet vespas argutas, audacesq; dixit, quoniam equorum naturam, ex quibus duxerũt originem referant. Nam perinde vt apes ex corporibus boum putrefactis nascũtur, ita & vespæ ex equis. quomodo autem ea bugone, id est, apium generatio ex bouinis carnibus peragenda sit, docet Florentinus. Cæterum Nicander λυκοσπάδας nominauit, tam apes, quàm vespas cõmuni nomine: quoniam hæc animalia tunc maxime generantur, quãdo coriũ tum boũ, tum equorũ lupinis dentibus erosa fuerint. Nam lupi huiusmodi armẽta nudantes in causa sunt quòd hæc animalia nascantur. Nõ ignoramus tamen λυκοσπάδας ἵππους, id est, equos lycospadas Græcos nominare, animosos quosdam equos, ac rebelles, à freni quodã genere nominatos, quod λύκον vocant. Plinius, neq; alius huius phalangij videntur meminisse, apud nos tamen frequentißimũ est, potißimum in riuulis aquarum, vbi luxuriantes herbæ longè, lateq; opacant. Nam ab vna riuuli parte ad alteram stamina ducens, satis affabrè orbem texit, in cuius medio semper hæret, quousq; prædã consequatur. est autem vespa craßius, sed eiusdẽ coloris, alternantibus virgulis cinctum luteis, ac nigris.

Εἶδ' ἄγε μυρμήκειον, ὃ δὴ μύρμηξιν ἔϊκται,

Δέρη

Δειρῇ μὲν πυρόεν, ἄζῃ γε μὲν εἴσατο μορφήν.
Πάντοθεν ἀστερόεν δὲ περιστιγὲς εὐρέϊ νώτῳ
Αἰθαλέη δ᾽ ἐπὶ τυτθὸν ἀείρεται αὐχένι κόρση.
ἄλγεα δὲ προτέροισιν ἴσα κνώπεσσι πελάζει.

Nunc age formicis par Myrmecæon habēdum
Flāmea colla gerēs, squalēteq; corpore sordens;
Vndiq; stellatim maculatum tergora lata,
Cuiq; caput surgit modicum, fuligine tetrum.
Hic similes dictis solet, ictu inferre dolores.

Plinius duo phalangij genera formicis fecit similia, primum & septimum: Primum quidem ita descripsit. Vnum simile formicæ, sed multò maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercursantibus respersum guttis. Acerbior huius quàm vespæ ictus. Viuit maximè circa furnos, & molas. Septimum autē his verbis: Myrmecion formicæ simile capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus, vesparum dolore torquet. Ex his autē, postremum hoc genus, cōuenit cum Nicandri myrmecio, sed quemadmodum in primo sunt aliqua, quæ Nicāder nō adiecit, ita in hoc postremo desunt nonnulla ex his, quæ à Nicandro tradita sunt, veluti δειρὴ πυρόεν, hoc est, collo igneo. Aetius tamen ad verbū videtur huius delineationē ex Nicandro mutuatus esse. Id tamen sumus admonēdi, vocari hoc phalangion interdum quidem μυρμήκειον, interdum μυρ-

μηκοειδὴς, aliquando μύρμηκα ἡρακλεόπικον, quo nomine vocatur à Sostrato.

Χερσοδρόποι δ᾽ ἵνα φῶτες ἄτερ δρεπάνοιο λέγονται
Ὄσπρια, χέδροπά τ᾽ ἄλλα μετὰ χλόου φυτὸς ἀφύρης,
Ἔνθα δ᾽ ἐπασσύτερα φλογερῇ εἰλυμένα χροιῇ
Ἴκελα κανθαρίδεσσι, φαλάγγια τυτθὰ δίενται.
Τῶν μὲν, ὁμῶς ἔμμοχθον ἀεὶ ποτὶ δῆγμα χέονται.
Φλύκταιναι, κραδίη δὲ περιπλάζουσα μέμηνε,
Γλῶσσα δ᾽ ἄτακτα λέλακε παρέστραπται δὲ καὶ ὄσσε.

Ast vbicunq; viri manibus sine falce reuellunt
Sparsa per immensos matura legumina campos
Agmina aceruatim rutilo distincta colore,
Æmula cātharidū loca, parua phalāgia pascūt
Talia si feriant, funestum vulnus in omne
Phlyctænæ surgunt, errant quoq; corda furore,
Līgua loquax trepidat; distortaq́; lumīa sūt his

Huius phalangij mentionē neq; Plinius, neq; Aetius fecisse videntur, nisi dicas scoleciū, id est, vermicariū ab Aetio nuncupatū, ad id genus referri, sed nos in re ambigua nihil certi audemus decernere: satis est tamen adnotasse in hac parte horum phalangiorū venenum aliquāto esse atrocius, quoniā et ad caput noxam trāsmittit, distorquens oculos obsessis neruis, qui horū motionis opifices habētur.

Φράζεο

Φράζεο δ' αἰγύπτοιο, τά τε τρέφει ὕλος ἀία
Κνώδαλα, φαλαίνῃ ἐναλίγκια, τὴν περὶ λύχνους
Ἀκρόνυχος δειπνηστὸς ἀπήλασε παιφάσσουσαν.
στεγνὰ δὲ οἱ πτερὰ, καὶ οὐκ ἔγχλοα τοῖα κονίλης,
Ἢ καὶ ἀπὸ σπληδοῖο φαείνεται, ὅς τις ἐπαύρῃ.
Τῷ ἴκελος περσεῆος ὑποτρέφεται πετάλοισι
Τοὶ καὶ σμερδαλέον νεύει κάρη αἰὲν ὑποδράξ
Ἐσκληκὸς, νηδὺς δὲ βαρύνεται, αὐτὰρ ὁ κέντρῳ
Αὐχένι τ' ἀκροτάτῳ κεφαλῇ τ' ἐνεμάξατο φωτὸς.
Ῥεῖα δέ κεν θανάτοιο, καὶ αὐτίκα μοῖραν ἐφείη.

Iam cape bestiolas Ægyptus quas alit ingens,
Phalænæ similes, strepitu quam lampada circũ
Aëra tranantem cœnandi tempus abegit.
Cui rigidæ pennæ squalent, siccata conilæ
Vt folia, & cineres referunt si tangere cures.
Non dispar igitur monstrũ fert Persea fronde,
Cui caput immenso toruum præ pondere nutat,
Prædurum, venterq; grauatur mole, sed œstro
Aut ceruice viri, capite aut ingente petitis,
Inferet hic cladem miserandam morte cruenta.

κρανοκολάπτην, & κεφαλοκρούστην, id genus phalangij nominari scholia referunt, cuius sanè sententiæ Dioscorides est, qui capite de Persea scripsit, in huius arboris folijs phalangia reperiri, quæ κρανοκολάπτα nuncupantur, potissimumq; in Thebaide. Est autem Persea, seu Persæa (vtroque enim modo apud Græcos nomen hoc inuenitur) arbor sui generis, Celebrata Straboni, nascitur in Aegypto altitudinis eximiæ, aspectu iucunda, materiæ vt celtis alta pyro per omnia similis, frondis perpetuæ, fructũ gerit pyri magnitudine, longiusculum, amygdalæ modo putamine inclusum herbidi coloris. Nucem intus quemadmodum prunum continet, verũ longè minorem, molliorémq; gustu suaui, concoquitur non ægrè, & quamuis immodicè sumatur innocuus est. Hæc est vera persææ arboris delineatio, cui nulla sanè nostratium arborũ congruit vel minimum. Aducta tamen ad nos est, peregrina quædam arbos, hæretq; viuax in cœnobio mendicantiũ fratrum sub inuocatione nominis Iesu, quæ nulla fortasse reclamante nota cum persea Aegyptia congruit, nisi quod folium iuglandis sit non pyri figura. Deuecta est ex India occidentali vbi patrio nomine vocatur mamey, fructu iucundissimo. An tamen sit persea, aut ex genere ipsius nõ audemus affirmare. In folijs ergo persææ hoc phalangium reperiri autores fatentur, quod simile pingit Nicander phalænæ, quæ est ex genere cicindularum, quas vocant ψῆφος, interdum ψυχὰς, aliquando πυραύστας, nonnunquam λαυχνουσβέστας, animalcula scilicet, quæ noctu lucernis aduolãt. παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι, id est, quòd insiliant in lucernas.

Εἰδ᾽ ἄγε καὶ κέντρῳ κεκορυθμένον ἀλγινόεντι

Σκορπίον

Σκορπίου αὐδήσω. καὶ ἀζηκέα τοῖο γενέθλην.
Τῶν, ἤτοι λευκὸς μὲν ἀκήριος, οὐδ' ἐπιλωβής.

Inde nepam referam munitum cuſpide dira
Et genus inuiſum, quorum qui candidus exit
Sonticus haud vnq̃ fertur, vel lethifer ictu.

Genera ſcorpionum nunc recenſet: quorum venenum, haud omnino diſsimile eſt veneno phalangiorum, ſed cùm ſint Scorpionum genera varia, non ſunt eadem ſymptomata, quæ ictum ipſorum ſequi ſolent. Nam ex his ſunt candidi ſcorpij, quorum apud nos eſt ingens numerus, morſu non admodum infeſti, ſunt & alij quibus genæ rutilo micant colore, de quibus iam aget.

Πυρσὸς δ' ἐν γενύεσσι, θοὸν προσεμάξατο καῦμον
ἀνδράσιν αἰθαλόεντα. πυριτταίρουσι δὲ λώβῃ
Οἷα πυρίληπτοι, κρατερὸν δ' ἐπὶ δίψος ὄρωρεν.

At rutilus genas incendia feruida miſcet,
Inſtabilesq; ruunt percuſsi, hinc inde dolore
Ceu febre correpti, quin hos ſitis vrit anhela.

Id genus Scorpij cum præcedente nõnulli vnum idemq; eſſe arbitrantur, dictumq; eſſe à Nicandro λευκὸν, id eſt, candidum: cuius ictus haudquaquam ſit lethalis, nihilominus tamen moueat ingentem æſtum, percuſsiq; conflictentur, perinde ac illi, qui ſæuiſsimis febribus continentur,

quos ἀλύοντας, aut δυσφοροῦντας Græci nominant, morosos, inquam, & haudquaquam hilariter affectos. Huius genas dicunt colore rutilo suffusas, quod non admodum à veritate deuiare arbitramur, quoniam qui ab scorpio huiusmodi apud nos percußi sunt, viginti quatuor horarũ spatio fortißimos sentiunt, minimeq; placabiles dolores. Sed non sum planè memor an nostratium scorpionum genæ rutilo colore nitescant.

Αὐτὰρ ὅγε ζοφόεις ἄραδον κακὸν ὤπασε τύψας
Ἀνδρί, παραπλῆγες δὲ καὶ ἄφρασι γηλώωσι.

At niger inducit tremulũ per membra rigorem
Attonitiq; pauent cæsi, fatuiq; videntur.

Multò vehemẽtius est huius, quàm prædicti venenum, quoniam ille duntaxat inflammare poterat sanguinem, & spiritus, hic verò subitò propter atrocitatẽ, pestilentemq; veneni facultatẽ, recedente calore, frigoris quendam sensum euidentem inuehit, concußisq; neruis tremunt omnes animalis partes, inuadenteq; veneno supremam arcem, delirant saucij, rigẽtibusq; neruis qui ad musculos labra motitantes disseminantur, risus quædam falsa species consurgit, perinde vt in his, qui sardoniã herbam vorarũt: horũ copia apud montem Pessulanũ in domibus paßim occurrit.

Ἄλλος δὲ χλοάων, καὶ ὁπότε γυῖον ἀράξῃ
Φρῖκας ἐπιπνείησι, κάκη δ' ἐπὶ τοῖσι χάλαζα
Εἴδεται ἐμπλάζουσα, καὶ εἰ μέγα σείριος ἄζοι.

Τοίη δὲ

Τοίη οἱ κέντροιο κόπις, χροιῇ δ' ἐπὶ κέντρῳ.
Σφόνδυλοι ἐννεάδεσμοι ὑπερτέλλουσι κεραίης.

Ast alius viridans, qui quando membra cecidit
Haud aliter frigent, gelida q̃ grandine corpus
Horrescit perfusum, etiam si Sirius vrat.
Talia nanq; huius sunt spicula, cuspide tali
Nexa nouẽ pungit nodis teterrima cauda.

Huius venenum vehementia nõ est dissimile prædicto, in siliquarum tamen arboribus, apud nos viridantes hos scorpiones reperiri audio. Cæterum quod dixit, horũ caudam nouem nodis constare, id est, ἐννεάδεσμον esse, ita sanè intelligendum est, vt πολύδεσμον significet. neq; enim plures quàm septem iuncturas gerit in cauda scorpius. Atqui ἐννέα, id est, nouem aliquando pro multitudine accipitur apud Græcos, Nam & Nicander aliubi duplici stimulo armatum, dixit ἐννεάκεντρον.

Ἄλλος δ' ἐμπέλιος, φορέει δ' ἐπὶ βοσκάδα νηδὺν
Εὐρεῖαν, δὴ γάρ τε ποηφάγος αἰὲν ἄκρος
γεωφάγος, βουβῶσι τυπὴν ἀλίαστον ἰάπτει,
Τοίη οἱ βούβρωστις ἐνέσκληκε γενύεσσι.

Quin alius liuet, vasta præturgidus aluo,
Nanq; vorax nunquam satiari gramine quiuit

Consumitq; artus crudo iuxta inguina morsu,
Virus enim fortè est, quod mēto gestat adactū.

Hic scorpius cùm ferit, inguina tumore infestat; quoniam virus iecur primum impetat, ipsumq; conetur ad inguina depellere venenum. Alij credunt id scorpij genus per insidias clam sub vestimentis irrepere, quousq; inguinibus ictum inferre possit. Sed in hac parte magis est aduertendum, quod dixit Nicander τῷ οἱ βούβρωσις ἐνέσκληκε γενύεσσι. Vbi si βούβρωσις venenum, virusq; significet, vt voluit Scholiastes, profectò non cauda ferit, vt alij scorpij, sed mento potius, aut forcipibus dentatis, quod alicui scorpionum generi, de quibus mox dicturus est contingere potest. Nos autem vt in Græco sensus habetur, ita voluimus & in carmine seruari, quoad fieri potuit.

Τὸν δ' ἕτερον δήεις χναλίγκιον αἰγιαλῆι
Καρκίνῳ, ὃς μνία λευκά, ῥόθον τ' ἀποβόσκεται ἅλμης.

Inuenies alium cancro nil corpore dispar
Æquoreo, littus qui habitat, saturatur et alga.

Si in totū similis est hic scorpius cancro, qui in maris littoribus reperitur, haudquaquam sanè caudatus erit, quoniam nec ille cauda præditus est. Quod si ita est, nō potest profectò cauda ferire, sed aut forcipibus, aut ore, vt antea diximus, sed hæc coniectura tenus à nobis dicta sunt, quoniam de his quæ non vidimus, male iudicare possumus.

Ἄλλοι δ' αὖ ῥαιβοῖσιν ἰσήρεες αὐταπαγύροις

γυῖα βα

γυῖα βαρύνονται, βορεαὶ δ' οὐ κλήικασι χηλαί.
Οἷά τε πετραίοισιν ἐπ' ὀκειόωσι παγούροις.
Τῶν δὴ καὶ γενεὴν ἐξέμμορον, εὖτε λίπωσι
Πέτρας, καὶ βρύα λεπτὰ, πολυρροίζοιο θαλάσσης.
Τοῦς, ἁλὸς ἐξερύουσι δ' ἐλαστρέες ἰχθυβολῆες.
Αὐτίκα δ' ἀγρευθέντες, ἐνὶ γλώνησι ἔδυσαν
Μυοδόκοις, ἵνα τέκνα κακόφθορα τῶν δὲ θανόντων
Σκορπίοι ἐξεγένοντο, καθ' ἕρκεα λωβητῆρες.

Iamq; alij ſimiles in curuis inde paguris
Occurrunt grandes muniti forcipe dura,
Non ſecus ac timidi quærentes ſaxa paguri,
Traxere vnde genus, nã cũ muſcoſa relinquunt
Littora, & præduros ſcopulos, maris altaq; ſa-
Extracti valido piſcantũ robore ab vndis, (xa;
Protinus (vt licuit) ſe condunt fragmine petræ
Quale ſolẽt mures habitare, ac mox putrefactis
Id genus exurgit, per ſaxa fragmina vindex.

Sunt quidem paguri è genere cancrorum, leni dorſo, in vtraq; ſede viuentes, & in aridum ſæpe procedunt, quicquid comprehendunt, arctè conſtringunt, oculosq; modo recondunt modo proferunt exertos cornuum inſtar. Hi

cùm piſcantium fraudes euadere poſſunt, ſe abdunt in cauernas petrarum: ibiq́; diutinam facientes moram, tandem putreſcunt, ex ipſisq́; id cancrorum genus procreatur, de quo Nicander in præſentia facit mentionem.

Τὸν δὲ μελίχλωρον, τοῦ γὰρ περιμελαίνεται ἄκρη
Σφόνδυλος, ἄσβεστον δὲ νέμει πολυκήρειον ἄτην.
Ἔχθιστος δ' ὅγε ῥαιβὰ φέρει φλογὶ εἴκελα γυῖα
Ἀδράσι. νηπιάχοις δὲ περισχεδὸν ἤγαγεν αἶσαν.
Οἷς δ' ἢ καὶ νώτοισι περὶ πτερὰ πυκνὰ χέονται,
Μάστακι σιτοφάγῳ ἐναλίγκια, τίθ' ὕπερ ἄκρων
Ἱπτάμενοι ἀθέρων, λεπυρὸν στάχυν ἐκβόσκονται,
Πτελέας, καὶ κισσοῖο, κατὰ πτύχας ἐμβατέοντες.

Aſt alius melli ſimilis, cui vertebra caudæ,
Vltima nigreſcit, feriens qui vincitur ægrè.
Inuiſus nanq; hic hominũ comburere corpus
Aſſolet, & miſeram pueris inferre ruinam.
Huic igitur denſis armantur tergora pennis
In morem Cereris vaſtantis dona, locuſtæ:
Quæ ſuper excelſas volitans abſumit ariſtas,
Quæq́; colit mõtes, hederæ per germina ſaltans.

Sunt ex ſcorpijs nonnulli etiam volucres, locuſtis non diſsimiles

dißimiles, quos legi in India mira magnitudine procreari. De his autem nihil oculata fide compertum referre possumus. sed tantum ea, quæ paßim apud naturales scriptores de his differentes scripta inueniuntur.

Οἶδα γε μὴν φράσσασθαι ἀλέξια τοῖσι βολάων
Οἷα πορ' ἐκ βέμβικος ὀρεστέρου, ἠὲ μελίσσης,
Ἧτε καὶ ἐκ κέντρου θάνατος πέλει, εὖτε χαράξῃ
Ἄνδρα πέριξ σίμβλοισι πονεύμενον, ἠὲ καὶ ἀγροῖς.
Κέντρον γὰρ πληγῇ ποτικάλλιπεν ἐμματέουσα.
Κέντρον δ' ἢ ζωήν τε φέρει, θανατόντε μελίσσης.

Nouimus inde etiam conferre amuleta probata
Bembicibus tetris, apibusq; minacibus æstro,
Quo sibi conciscunt mortē, dum vulnere corpus,
Agricolæ cædunt, apibus cùm incūbit in agris.
Mordentes siquidem linquūt proboscida fixam
Quæ vitæ & mortis causa est, mirabile dictu.

Bembicas putamus esse, nigra quædā animalcula vespis simillima, sed corpore aliquāto maiora, quæ per æstatē volitare solent circa loca irrigua, horum copia infesta admodum est vuis, quæ in hortis ex arbustiuis vitibus propendent, nostri solent bernadinos appellare. Quod de apibus scriptum est, nullam sanè habet admirationem, ob ipsarum frequentiam, & quoniam indies experiamur ipsas in locis

percußis aculeũ relinquere viuacißimũ, quod multo post tempore cum ex ape auulsum est, moueatur hinc inde. Cæterũ dicitur huiusmodi aculeus mortis, ac vitæ esse causa, quoniam quæ ferit apis, ipsa quidem moritur, interim tamen arcet hominẽ, dolore scilicet pressum, ne aluearibus iniuriam faciat.

Οἶδά γε μὴν καὶ ἴουλος ἃ μήδεται, ἠδ᾽ ὀλοὸς σφὴξ,
Πεμφρηδών ὀλίγη τε, καὶ ἀμφικαρὴς σκολόπενδρα,
Ἥ τε καὶ ἀμφοτέρωθεν ὀπάζεται ἀνδράσι κῆρα.
Νηΐα θ᾽ ὡς σπέρχονται ὑπὸ πτερὰ θηεῖ κιούσῃ.

Nouimus haud aliter quæ patrat iulus; et atrox
Vespa et Pẽphredõ tenuis, Scolopẽdraq́; bifrõs;
Quæ vomit exitium miserandæ mortis vtriq;:
Cuiq; alæ vt remi festinant nauis euntis.

Iulus vermis est, quem nominant millepedam, alij centipedam, nõnulli πολύποδα, id est, multipedẽ. De eo Lycophronis interpres Tzetza hæc scripsit: Ἴουλος σκώληξ μικρὸς, πολύπους, τοῦ τείχους ἀνερχόμενος, id est, Iulus vermis est multorum pedum, paruus, qui parietes conscẽdit. Plinius autem vigesimo naturalis historiæ volumine, hæc refert: Millepeda, ab alijs centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuq; contrahens se, Oniscon Græci vocant, alij Tilon; Deinde paulò post: Illam autem quæ non arcuatur, sepa Græci vocant, alij scolopendram minorem, pernitiosamq;.

ſamq́; . Qua in parte (ſi ſatis mens conſtat mea) venenatum hoc animal, iulum nomine, cum cubaridibus, quos Latini aſellos, aut millepedas nominant, quæ ſub aquarijs vaſis ſtabulantur, confundit. Hi nanq; vermiculi haudquaq̃ ſanè piloſi ſunt, ſed planè glabri. Iam verò vigeſimo naturalis hiſtoriæ volumine, Millepedam, ſepa Græci vocant, oblongam, piloſis pedibus, præcipuè nociuam pecori, dixit: cuius morſum tumor ſequatur, cum loci putredine. Sed multis in locis huiuſmodi Iuli occurrunt ſub lapidibus ſcolopendris planè ſimiles, digitum longi, aut amplius exiles, & tenui, quos omnes vt maximè venenatos timent, ac vitant. Cæterũ Pemphredon, inſecti etiam genus eſt, ſimile api, neq; nos de eo plura ſcripta cõperimus, quo poſſemus ex delineatione in ipſius cognitionem venire. Scolopendra tamẽ apud nos frequentiſsima eſt, & vt ſummatim dicam, tam ſimilis eſt folio Aſpleni, quem cererach officinæ vocant, vt non poſsit eum latere qui plantam nouerit, nam & illa de feræ nomine ſcolopendrion etiam dicta eſt. Non eſt tamẽ verũ bicipitem eſſe Scolopendram, perinde atq; amphisbænam, ſed quòd talis eſſe videatur, propterea ipſam bicipitem dixit Nicander. Nam vt Ariſtoteles teſtatur, & experimẽto quotidie deprehẽdi poteſt, ex vtraq; parte graditur, tanquam vtrinq; caput habeat vnum: ſed dum graditur remorum inſtar; latos mouet pedes, quos alarum in modum geſtat.

Τυφλὴν τε, σμερδνῆν τε, βροτοῖς ὐθῖ λοιγὸν ἄγουσαν
Μυγαλέην τροχοῖσιν ἐνὶ θνήσκουσαν ἁμάξης.
Σήπα γυμὴν πεδανοῖσιν δυμὴν σαύροισιν ἀλύξαις.

Atq; oculis captus q̃ sæuam immittere pestem
Mus valeat plaustri contritus araneus orbe.
Sepsq́; etiam paruis similis cui forma lacertis.

Mus araneus, nomen apud nos, Latinum retinet, nonnil tamẽ corruptum, nec vsqueadeò vt veterem originem nõ suboleat. Nam musarany nuncupatur: colore est mustellino, magnitudine muris, duos dentium ordines altrinsecus habet, os etiam acutũ perinde vt talpa, caudam aliquanto, quàm muris breuiorem. Hoc animal cùm parũ, aut nihil videat, facilè vbiq; in semitis oberrans orbibus plaustrorum conteritur, quod & Nicãder voluit significare. Porrò sepa lacertis paruis similem facit, veneni ferè inuicti. Hanc aliqui lacertam chalcidicam nuncupant: non tam quòd in Chalcide Euboeæ nascatur, q̃ quòd vias quasdam coloris ærei in dorso gestet. In montibus Morellæ vicinis lacertæ quoddã genus nascitur iners, & semper sub lapidibus absconsum, magnitudine, & forma lacertulas referens, quas nominamus Sergantanas, cuius venenum, illorũ locorũ incolæ, atrocißimum esse dicunt, & nullis domitum medicamentis, nominant autẽ ipsum vibriam. Nos aliquando repertum hoc animal maximè expauimus, quoniam, quæ de ipsius veneno referebantur erant sanè mira: tamẽ cùm multoties stipitem ori applicassemus, vt dentes intueri possemus, & nunq̃ iracundia motũ vidissemus, sensim metũ omnem deposuimus, & ipsum manibus tractabamus, nihilq́; vnquam mali ex ipso sensimus. Tandẽ cùm mortuum esset dissectũ in partes cani cum pane vorandum dedimus, erat enim canis ille, psora, scabieq́; fœdißimus, quem post pau-

cos dies purgata omni cutis ſcabie ſanitati priſtinæ reſtitutũ, mirati ſupra modũ fuimus. An tamẽ ſit ex ſepis genere affirmare nõ poſſumus, potiſsimũ cùm virgulis æreis diſtinctum nõ ſit, ſed minutiſsimis cõpactum ſquamis, coriũ geſtet. Legi tamen in Italia, Romæq; potiſsimum, lacertæ genus quoddam naſci ſub terra, quod quia nunquam, aut raro admodum in lucem prodeat terrantulam vocant indigenæ. Huius venenum peſtilentiſsimum eſſe perhibetur non ſecus ac ſepis.

Καὶ σαλαμάνδρειον δολίου δάκος, αἰὲν ἀπεχθὲς
Ἥτε καὶ ἀσβέστοιο δι' ἐκ πυρὸς οἶμον ἔχουσα,
Ἔσσυται ἄκμηνος καὶ ἀνώδυνος, οὐδέ τι οἱ φλὸξ
Σίνεται ἀσβέστου ῥαγόεν δέρος, ἄκρα τε γυίων.

Et ſalamandra dolis acris, & fraude peroſa
Quæ ſolet immunis tranare flagrantia buſta
Nec patitur quicquam, nec flãma deurit euntis
Vel corium rugis plenum, vel paſcitur artus.

Vulgata eſt hæc hiſtoria de ſalamandra, lippisq; ac tonſoribus nota. Nemo tamen (quòd ſciam) id animal nouit; neque de ipſo aliud dicere poſſumus, quàm id, quod apud Plinium, aliosq; naturales ſcriptores memoriæ mandatum reperitur. Naturæ eſt erodentis, & putrefactoriæ: ſed cùm naſcatur in maximis imbribus, non modicam aceruat, ex ſtatus humiditate per vniuerſum corpus glacialis humoris copiam, quam ſeruat ſub cute, deinde

cùm in

cùm in ignem mittitur eructans humiditatem illam per poros cutis, circumstantem ignem extinguit: tantisperq; potest in igne durare dum humor ille sufficit; postea verò nõ secus ignis iniuriam patitur, quàm alia omnia, quæ iacta in ignem cremantur.

Ναὶ μὴν ἠδ' ὅσα πόντος ἁλὸς ῥοθίοισιν ἑλίσσει.
Μυραίνης δ' ἔκπαγλον, ἐπεὶ μογεροὺς ἁλιῆας,
Πολλάκις ἐμβρύξασα, κατεπρώνιξεν ἐπάκτρων
Εἰς ἅλα φυζηθέντας, ἐχετλίου ἐξαναδῦσα.
Εἰ δ' ἔτυμον, κείνην γε σὺν ἰοβόλοις ἐχίεσσι
Θόρνυσθαι, προλιποῦσαν ἁλὸς νομὸν ἠπείροισι.

Quæq; maris nando vasto se gurgite condunt.
Sed murena patrat quiddam mirabile dictu:
Nam salit in media cymba viuaria linquens,
Quam fugiẽs præceps fertur piscator in vndas.
Quin referunt ponti postquam de gurgite cessit,
Viperea pesti coitu coniungier vdo.

Non solum de terrestribus venenatis agit Nicander, sed etiam de aquatilibus, inter quæ Murænam primò commemorat, cuius morsus infestissimus est, dentes hæc gestat viperinis haudquaquam dissimiles: totoq; corporis habitu serpentes imitatur. Cùm illam piscatores retibus, aut hamis compræhendunt, statim conficiũt, nam si extricare se potest, non secus in eos sæuit, ac efferatum animal, sæuaq;

κάq; concitum rabie. quapropter tunc præcipites ex nauigijs se dant in mare, ne sæuis laceßiti morsibus, periculum subeant. Apud nos proprium retinet nomẽ, vnica tantum litera mutata, Moræn̄am enim omnes nominant. Cæterum quòd coëat cum vipera non est vsquequaq; compertum, & quanq̃ Opianus id affirmet, & alij, nõ desunt tamẽ grauißimi autores qui id figmentum esse dicant. Quî enim fieri poßit, vt vipera ad coitũ murenæ se accingens, eructet omne venenũ, non vident, neq; est rationi consentaneum.

Τρυγόνα μὴν ὀλοεργὸν, ἁλιρραίστην τε δράκοντα
Οἶδ' ἀπαλέξασθαι, φορέει γε μὲν ἄλγεα ζυγῶν
Ἦμος ἐν ὁλκαίοισι λίνοις μεμογηκότα κέντρῳ
Ἐργοπόνον τύψῃσ', ἢ ἐν πρέμνοισι παγείη
Δενδρέου, τόγε πολλὸν ἀφαυρότερον τελέθουσι.
Τοῦ μὲν, ὑπὸ πληγῇσιν ἅτ' ἠελίοιο δαμεῖσαι
Ῥίζαι, σὺν δέ τε φύλλας ἀποφθίνει, αὐλεὶ δ' ἐσάρκου
Πυθόμεναι μινύθουσι, λόγος γε μὲν ὥς ποτ' ὀδυσσεὺς
Ἔφθιτο, λευγαλέοιο τυπεὶς ἁλίου ὑπὸ κέντρου.

Trygona quinetiã, clademq; draconis iniquam
Qui vitare queas noui, sed vulnere trygon
Cùm trahitur reti piscantem lædit acerbo,
Robore iam fractum, quòd si de caudice pẽdens
Arboris affigat lethalia spicula caudæ

Protinus arescit, tanquam si solis ob æstum,
Et radix pereat, frondesque, viri sed in ipso
Corpore putrescunt carnes, at fertur Vlysses
Æquoreo simili monstro confectus iniquo.

τρύγονα Latini pastinacam vocant, piscis est planus, cartilagineus, radium digiti longitudine in serræ modum dentatum, dentibus reflexis, in cauda gestat erectum, tam pestilentis veneni, vt nō viuente solum pastinaca, dū pungit noceat, sed exemptum etiam immane seruet venenū, vt arbores arescere faciat affixum, & saxa corrumpat. Nostri piscatores Scursoneram vocant, quam frequēter in nostris littoribus piscātur, extractamq; confestim aculeo priuant, sub terraq; condunt, reliquum verò corpus edendo aptum est, & in cibo gratum. Porrò draco marinus, quem Plinius dracunculum vocauit, & Ephippus dracænam, si probè eius notæ expendantur, is piscis fuerit quem nostri vocant araneū, qui à branchijs ad caudam spectantes aculeos habet, quibus pungit atrociter. Cæterū Plinius Draconi tribuit, ea quæ Aristoteles ophi, hoc est, serpenti marinæ, distinguitq; ipsum à dracunculo cap. 32.

Οἶσιν ἐγὼ τὰ ἕκαστα διείσομαι ἄρκια νούσων
Δὴ γὰρ ὅτ' ἀγχούσης θεσδακινίδα λάζεο χαίτην
Ἄλλοτε πεντάπετηλον, ὅτ' ἄνθεα φαιὰ βάτοιο
Ἄρκιον, ὀξαλίδας τε, καὶ ὀρμινόεντα λύκαψον,
Κίκαμα,

Κίκαμα, τ' ὄρδειλοντε περιβρυὲς, ἠδὲ χαμηλὴν
Ρεῖα πίτυν, φηγοῦ τε βαθὺν περὶ φλοιὸν ἀράξας.
Σὺν δ' ἄρα καυκαλίδας τε, καὶ ἐκ σταφυλίνου ἀμήσας
Σπέρματα, καὶ τριμίθοιο νέον πολυειδέα καρπὸν
Ηὲ καὶ φοινίσσον δὴ καταβάλλεο φῦκος.
Αχραές τ' ἀδίαντον, ὃ οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος
Λεπταλέη πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει.

His igitur referam quæcunq; parare iuuabit.
Primaq; lactucis anchusa simullima fronde
Pentapetelon item, paruo cum flore rubeti
Arctiõ, oxalides, surgensq; profunda lycapsus
Cicama, & ordilõ frõdosum, et humillima pinus
Ceduntur: fagiq; resecta putamina iungens
Addito caucalidas, staphilini semine mixto.
Et trimithi fructum detonsum ex arbore nuper
Adnectes variũ, rubicundamq; insuper algam.
Quin adianton item, quod nulla iniuria nimbi
Lædit, & intactas frõdes gerit vsq; liquore.

Postquam venenatorum omnium historiam absoluit Nicander, medicamenta recenset varia, quibus illorum morsibus reluctari poßimus. Atque inter primas præ-

cipuasq; plantas anchusam connumerat, de qua sæpius nos diximus. Deinde pentapetelum à numero foliorum nuncupatum, quod alij pentaphyllon, Latini quinq; folium dicunt. Præterea rubus notißimus est. Arction quo nomine à rusticis vocetur, non potui fieri certior: vidi tamen herbam frequenter in montibus Galliæ, quos vocant Speronis, iuxta recessum quendam, quem ob herbarũ miram suauitatem ac copiam, hortum Dei appellant, vbi cœnobium est fratrum Banauënsium, quæ nulla reclamãte nota cum arctio Dioscoridis conueniebat. Oxalis porrò ea est lapathi species, quæ vulgò acetosæ nomine nota omnibus est. Cæterum lycapsus, nisi ea sit, quam lycopsim vocat Dioscorides, ingenuè fateor me illam ignorare, quemadmodum cicama, & ordilon, quarum herbarum ne nòmina quidem vnquam (quod meminerim) legi nisi apud Nicandrũ. Iam verò chamepityn appellauit humillimam pinum, nominis scilicet etymon amplificans. Cæterum caucalis olus syluestre est, apio simillimum, sed hirsutius, propterea q; petroselinum syluestre, aut pinpinellam hirsutam vocant officinæ. Sed Staphylinon Latini pastinacam vocant, cuius semen ad venenatorum morsus efficacißimum est. Trimithũ præterea terebintum vocat, cuius rei nos Scholiastes fecit certiores, nullibi enim id nomen apud probatum aliquem autorem comperimus. Adiantum nomen inde inuenisse videtur quod non madescat, nostri capillum Veneris nominant.

Εἰδ' ἄγε καὶ σμυρνεῖον ἀειβρυὲς, ἠὲ σὺ ποίης
λευκάδος, ἠρύγγου τε τάμοις ἀθεραΐδα ῥίζαν,

Ἄμμιγα καὶ χρυφόρῳ λιβανώτιδι, μηδ' ἀπανήνῃ.
Μηδ' ἔτι πουλυβάτεια, περιβρίθουσά τε μήκων
Θυλακὶς ἢ ὑποτηλὶς ὑπὸ χραίσμησιν ἀπείη.
Σὺν δὲ κράδης κυέουσαν ἀποτμήξαιο κορύνην,
Ἢ αὐτοὺς κόκκυγας ἐρινάδος, οἵτε πρὸ ἄλλης
Γόγγυλοι ἐκφαίνουσιν ἀνοιδέοντος ὀπώρης.

Iamq; age ſmyrnion, quod ſurgit fronde perenni
Leucada, & eryngi radicem ſcinde calentem
Cachrya quin promens libanotis iungitur vnà.
Pulybatia nec eſt, ſurgens'ue papauer in agris
Thylacis, aut epitelis, ab vſu tunc reuocanda.
Iunge ſed his ficus prægnantẽ germine clauam
Seu potius groſſos, lectos ex arbore agreſti
Præcoces ſurgunt, qui fructus ante fugaces.

Non eſt tanta Smyrnij copia apud nos in Hiſpania, quemadmodum in Gallia, nam ibi & temerè multis in locis erumpit, & frequenter in hortis ſeritur, olitoresq; leuechiam vocant. An tamen ſit perpetuæ frondis, non memini conſideraſſe vnquam, Nicander ἀειβρυὲς *eſſe dicit, quæ vox ſignificare poteſt, nunquam folia deponere ſmyrnium, & ſemper ab vna radice pullulare, quod multis alijs herbis commune eſt. Porrò leucada nonnulli inter ignotas noſtro æuo plantas connumerant. Et fecit ſanè autorũ in-*

 curia,

curia, vt non solum hæc, sed aliæ plurimæ ignorentur, cùm de his agant obiter, & veluti per transennam. Nonnulli eam esse putant quam herbarij, atriplicem syluestrem nuncupant, a candore scilicet foliorum leucada nuncupatam. Sed Plinius per mediũ eius foliũ albam transcurrere lineã dixit: non tamen λεύκαδα sed λεύκην describit. Nostras autem hæc, tota est candida, argenteoq; interdũ micat splendore. Forsitan tamen λεύκη ea fuerit, quæ leucographis nuncupatur, alia scilicet à leucade. De Eryngio iam alibi nostram sententiam protulimus. Libanotis verò cachryophora, fœniculo simillima est, folijs tantum craßioribus. In Gallia herbam hanc vidimus aliquando, nec licuit patrium nomen indagare, cùm multa cursim percurrere contingat, præsertim in hoc herbario negotio, tantis laboribus implicito, interim enim corporis labor, ob longum iter, non sinit omnia quæ occurrunt diligenter seruare. Pulybatia ignota nobis planta est, præterquam nomine. Papauer duorum generum esse perhibent scholia, alterũ capitibus maioribus, quod nominauit Nicander πιτάλιδα, alterum multò minoribus, quod vocauit θυλάκιδα. Grossos præterea vocant Latini quos Græci ὀλύνθους nuncupant, aut κόκκυγας quòd maturescant scilicet veris initio, quando cuculus apparere incipit, præueniuntq; alios omnes fructus fugaces, nostri Figues de flor nominare solent.

Λάζεο καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄῤῥενος αὔθην,
Ἄμμιγα δ' αἰγιλυπός τε, χελιδονίου τε πέτηλα,
Δαύκειον, ῥίζας τε βρυώνιδος, ἢ καὶ ἔφηλιν

Θηλυτέρης ἐχθρὴν χροιῆς ἀπεμόρξατο λεύκην.
Ἐν δὲ περιστερρόωντα κατασμίξαιο πέτηλα.
Ἢ καὶ ἀλδζιάρης πτόρθους ἀπαμέργεο ῥάμνου,
Μούνη γὰρ νήστειρα βροτῶν ἀπὸ κῆρας ἐρύκει.
Ναὶ μὴν παρθενίοιο νεοδρέπτους ὀροδάμνους
Κόρκορον, ἢ πεταλῖτιν, ἀμέργεο πολλάκι μίλτου
Λημνίδος, ἢ πάσῃσι πέλει θελκτήριον ἄτης.

Quũ piracãtha phlomi maris eſt cũ flore ferẽda;
Fronde quoq; Ægilypiſq́;, chelidonijq́; virẽtis,
Et dauco, & radice bryonidis, hæc ad ephelin
Vtilis, & leucen, quas odit fœmina valde.
Inde ſimul frondes Verbenæ, & vellito rhamni
Frondentes ramos validos præſtigia contra.
Sola poteſt etenim funeſta repellere fata.
Parthenijq́; recens caules ab ſtirpe refectos,
Corcoron, aut petalitin, ad omne'ue lẽnida terrã
Morborumq́; genus validam, virtutis & altæ.

Quæ à Dioſcoride, alijsq́; Græcis σκόλυμος dicta eſt herba, hanc Nicander Pyracantham nominat, noſtri carduos: in ciborum vſum gratiſsimi veniũt, tam crudi, quàm elixi. Neque hanc palati laſciuiam bibaces homines noſtri ignorant: quoniam vinũ vehementer cõmendat. Quod &

Columella significauit hoc carmine. Ponatur Cinara, quæ dulcis Iacho: potanti veniat nec Phœbo grata canenti. Quanquam Cinara carduus potius hortensis censeatur, quem vocamus carchofam, congenerem planè cardijs nominatis. Phlomi, seu vt Latini vocant, verbasci multa sunt genera, quæ poteris videre apud Dioscoridem: præcipua tamen sunt maris, & fœminæ sexibus distincta, quæ nostri vocant Trepones. Scholiastes nesciò quid, in huius herbæ censura absurdi protulit, quod sanè dignum non est vt refellatur. Cæterum de Aegilype, an eadem sit cum Aegilope, quam vocant auenam sterilem, nostri verò cugulam, nõ possum affirmare, neq; de ea quidquam scholia protulerũt. Chelidonium verò, notißima est planta, tota madens croceo succo. Daucus præterea Creticus, vberrimè prouenit in montibus, qui sunt pr[illegible]e cœnobium fratrũ diui Hieronymi, sub inuocatione virginis Mirteæ. Alia verò daucorum genera non ibi solum, sed alijs multis in locis frequenter occurrunt. Bryoniam porrò, quam Bryonida diminutiuo nomine dixit, nostri tucam vocant: quæ cùm sit abstersoriæ facultatis, non est mirum si ephelin, & leucen, quæ sunt cutis fœditates expurget. De verbena, aut verbenaca, & rhamno iam alibi à nobis est dictũ. Partheniũ Scholiastes perdicion, & helxinem esse fatetur, nos non videmus quare nõ sit æstimanda parthenion herba, quam matricariam vocant officinæ, cùm hoc nomen illi priuatim donatum sit. Iam verò petalitis ea est, quam phyllitin vocat Dioscorides, officinæ Linguam Ceruinam.

Δήποτε καὶ σικύοιο τάμοις ἐχεπευκέα ῥίζαν
Ἀγροτόρου, νηδὺν δὲ καὶ ἐμβρύθουσαν αὐτῆς

Ημιυς

Ἥμυσε καρπὸς καὶ μὴν ἀῤῥήχου παλιούρου,
Σὺν καὶ ἀκανθοβόλος χαίτη νεαλεῖς τ' ὀρόβαγχοι.
Σίδης δ' ὑσγινόεντας ἐπημύοντας ὀλόσχους
Αὐχενίους, ἵνα λευκὰ πέριξ ἐνερεύθεται αὔθη.
Ἄλλοτε δ' ὕσσωπός τε, καὶ ἡ πολύγωνος ὄνωσις,
Φύλλα τε τηλεφίοιο, νέοντ' ἐν βότρυσι κλῆμα,
Αγλῖθες, καὶ καρπὸς ὀρειγενέος κορίοιο,
Ἢ καὶ λεπτοθρίοιο πολύθρονα φύλλα κονίζης.

Iam radice poteſt prodeſſe reſectus amara
Agreſtis cucumis: quin ventris noxa moleſta
Deijcitur fructu paliuri ſepibus apti,
Atq; iuba rigida, necnon teneris orobanchis.
Iamq; tenella ſolent decerpi germina Sides
Æmula quæ hyſgini ſurgunt decorata rubore.
Cæditur hyſſopus, multiq; mucronis onoſis,
Thelephij frondes, tener ac in palmite botrus,
Aglithes, corij quin fructus montis alumni,
Ac tenuis frondis valida ac virtute coniza.

Cucumis ſyluestris potenter diſcutit, nulla tamē aduer uerſus venenata vi pollere à Dioſcoride dicitur, neq; item Galeno. Sed cùm ſit robuſtæ ad purgandum facultatis, quæ

non per aluũ ſolũ, ſed vomitu etiam humores educit, poterit ſanè per vim peſtilentem veneni noxam excludere. Nec eſt tam exigui momenti Nicandri autoritas, vt ipſi ſoli non poſsit commodè fides haberi, quanquam aliorum nullus de ea cucumeris ſyluestris facultate quicquam dixerit. Apud nos frequenter naſcitur in ſabuletis, & ruderibus, officinæ anguinũ cucumerem nominant. Porrò in Paliuri hiſtoria diſcrepant autores, præterea, vt Theophraſtus refert, ſentit nationũ nonnulla diſcrimina, nam in Africa naſcitur ſine ſiliquis, cùm alibi ſiliquatam naſci tradat. Dioſcorides tanquam vulgò notam non depinxit. Theophraſtus ei folium tribuit ſinuoſum. Agathocles rotundũ, & molle, Plutarchus de folio nihil dixit, ſed tantum hanc arborem in coccygio monte naſci, cui ſi auis quæpiam inſideat veluti inuiſcata cohærebit. Nos in tam varijs autorum ſententijs nihil certi audemus proferre: credimus tamen cum doctis viris, Paliuri nomen vagum eſſe, & omnibus propemodum ſpinoſis arboribus, quæ ſepes hortorum claudunt, cõuenire. Interim tamẽ parũ aut nihil diſtare putamus Dioſcoridis præſertim Paliurũ, quæ non ſiliquatur, ab ea arbore, aut arbuſto potius, quam officinæ Ribes nominãt, cuius eſt vberrima copia in receſſu quodã montiũ, qui ſunt iuxta oppidũ Angreſſolam nomine. Cuius patriũ nomen nõ venit in mentẽ. Cæterũ Agathoclis Paliurus maximè cõuenit cum ea arbore, quæ hæſit iam lõgo tẽpore viuax, in hortulo furni, è regiõe reſpõdentis hoſpitalibus ædibus ſacerdotũ, ſub inuocatiõe beatæ Mariæ, quã vulgò Cedrũ nominãt. Cæterũ iubam rigidã πολυφρασμῶς dixit, ſpinæ genus aliquod indicare volẽs, quod credimus eſſe ſpinã albam, quoniã hæc venenatorũ morſibus vtilis cenſeatur,

naſcitur

nascitur hæc in mõtibus, herbariiq; peritiores chamæleonta vocant. Sed Orobanchos an sit herbula, quam Dioscorides fœmineo sexu orobanchen nominat, non ausim affirmare, cùm ei non tradatur aduersum venena facultas. Scholiastes ὀροβάγχους punicæ flores, quos cytinos Dioscorides appellat, significare testatur, cui forsitan in hac re credendum erit. Sidæ Græco nomine malus Punica dicta est. De Onosi nihil habeo certi, cùm nomen hoc sit admodum peregrinum, facitq; eius ignoratio, vt nõ commodè verti poßit hic locus, καὶ ἡ πολύγωνος ὄνωσις. nam illa dictio πολύγωνος si ex ethymo iudicetur, angularem significat, propterea q; nos multi mucronis vertimus, quoniã anguli omnes in mucrones abeant, veluti in bechio, seu tußilagine. Quod si per ectasim dictum sit πολύγωνον pro πολύγονον geniculatum potius significabit. Non sum nescius tamen Hesichium ὄνοσιν leguminis genus quoddam nominasse, sed non per ω mega scripsit quemadmodum Nicander. Thelephiũ ea est, quam vulgò inuersam fabam nuncupant, folio craßißimo, radicibus tuberosis. Αγλῖθες Doriensium lingua, capita alliorũ dicuntur. Corium herbula surculosa est, apud nos in montibus frequentißima, foliis ericæ simillima, floribus hyperici, quo nomine autem nuncupetur vulgò non disquisiui. Conizam nostri oliuardam vocant.

Πολλάκι δ' ἢ πέπλοιο κόψας νέον, ἢ ἀπὸ μήδων
Κάρδαμον ἀμπίσαιο. σὲ δ' αὖ πολυανθὴς γλήχων
στρύχνον τ', ἠδὲ σίνηπι, κακηπελέοντα σαώσαι.
ἄγρει καὶ σπατίνης χλοερὸν πράσον, ἄλλοτε δ' αὐτῆς

Σπέρμ' ὀλοὸν κνίδης, ἠθ' ἑψίη ἔπλετο κούροις.
Σὺν καὶ τοῦ νιφόεν σκύλλης κάρα, αὖά τε βολβῶν
Σπέρεα, καὶ καυλεῖον ὁμοκλήτοιο δράκοντος,
ῥάμνου τ' ἀσπάραγους θαμινύλιδος, ἠδ' ὅσα πεύκαι
Ἀγρότεραι, στρόμβοισιν ὑπεθρέψαντο ναπαίοις.

Sæpe recẽs tundes piper, & quæ media profert
Cardama ſorbebis: ſed flos glechonis odori,
Strychnaq; te poſſunt ſeruare immixta ſinapi.
Quin porrũ capies viridans, & ſepibus altum,
Semen & vrticæ, ludit qua inſana iuuentus.
Atq; niuale caput Scyllæ, quin arida bulbi
Semina, cauliculumq; draconis nomine dictum.
Ac teneros rhamni thamintidis addito ramos
Et quæ monte gerit pinaſter condita conis.

Naſturtium Græci κάρδαμον dicunt, laudatur autẽ Babylonicum autore Dioſcoride, nunc autem Medicum, aut Perſicum commendat Nícander. γλήχων Græcè, pulegium eſt Latinè, quod mutata prima litera ab aliquibus βλήχων nuncupatur, quoniam cùm floret, vbi primùm pecudes herbàm guſtarint, balatum edunt: βληχᾶν enim balare ſignificat. ςρύχνον à Latinis ſolanũ nuncupatur, cuius quatuor conſtituit Dioſcorides genera, nunc verò hortenſe intelligendum eſt, Noſtri Morellam veram nuncupant. Porrò

Scyllam

Scyllam vocauit νιφόεντα, id eſt, niualem, aut quòd candida ſit eius radix, inſtar ceparũ, aut quòd ſit mortiferæ facultatis, cuius non radicem tantum commendauit, ſed & arida ipſius ſemina. Præterea caulis draconis nomine dictus, Dracunculus eſt, officinis ſerpentaria maior.

Εἰ δὲ σύγ' ἐκ ποίης ἀβληχρέου ἔγχλοα ῥίζαν
Θηρὸς ἰαζομένῳ τμήξεις ἰοειδέϊ κέντρῳ
Σκορπίου, ἠὲ σίδας ψαμαθηΐδας, ἅς τρέφει αἶα
Κωπαΐς τε λιμναῖον ὑπερθρέψαντα παρ' ὕδωρ
ἠπερ χοινῆο τε ῥόος κνώποιο τε βάλλει.
Ὅσσα θ' ὑπ' ἰνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο χοάσπου
Πιστακί' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται.
Καυκαλίδας, σὺν δ' αἰθὰ βάλοις σμώδεα μύρτα.
Κάρφεα θ' ὁρμίνοιο, καὶ ἐκ μαράθου βρυόεντος
Ἰασμόντε, καὶ ἀγροτέρου σπέρματ' ὀρεβίνθου,
Σὺν χλωροῖς θάμνοισι βάλοις βαρυώδεα ποίην.

Iamq; poteſt radix ictus mulcere tenella
Quæ ſimilata nepæ ſtimulo torquetur acuto.
Atq; ſidas ſumes Pſamathe quas educat vda,
Et Copæ iuxta lymphas aluere paludis.
Qua fundũt Cnopusq́; vndas et Schœneus ãnis.

Quæq́;

Quæq; per vndosum fluuium nutrita Choaspi
Pistacia exurgunt nucibus similata pelasgis.
Caucalidasq; itidẽ nigra et adstringẽtia myrta.
Ormini stipulas, fœniclaq; fronde comosa,
Iasimon adnectẽs, ciceris quoq; semina agrestis;
Germine cũ viridi iungens baryodea plantam.

In hac parte Nicander περιφραστικῶς Scorpium herbam significare voluit, nõ illam quidẽ, quæ inter heliotropij genera recẽsetur, cuius semen scorpionis caudam æmulatur, non radix. neq; item illam, quæ spinosa est sine folijs, spiculo tantum in summo caule simili scorpionum caudis. Sed plantam potius, quæ cognomento vocatur scorpius, quæ graminis modo nascitur, cauliculis geniculatis, cyclamini folio, radice leniter hirsuta, scorpionis effigie, quæ arida paululum incuruatur, scorpionum modo, quare scorpiũ aliqui vocauere. Hæc tamen an ex aconiti generibus sit, non facilè affirmare ausim, quanq̃ non desint coniecturæ, quod si est, aconitum fuerit pardalianches cognominatum, quoniam pantheras enecet, Herbarij vuam versam nominant, frequens est in mõtosis syluis algentibus. Huius mentionẽ fecisse videtur Nicander, in Alexipharmacis, vbi accuratè totam huius herbæ faciem depingit, in hunc modum:

Ἠὲ μελισσάων καμάτῳ ἐνὶ παῦρα μορύξας,
Σκορπιόεντα χαμώμφαρης ἐκ ῥίζεα γαίης,
Αἰὲν κευθήεντα, πόα γε μὲν ὕψι τέθηλεν
Οἵη περ μολόθουρος, ἔνισχνα δὲ καύλεα βάλλει.

Quæ carmina nos ita vertimus (quoniam doctus alióqui, & nobis semper summa veneratione colendus Ioannes *Gorræus, cùm plantam de qua Nicander ageret se ignorare fateatur, non potuit fideliter vertere.)*

Aut apium flauo præbenda subacta labore,
Nomine dicta Nepæ radix in frusta resecta,
Spicula quæ in sabulo figit, sed surgit in altum
Stirps Molothurus vti, semperq́; gracillima caule.

Nam quod Nicander κεντήεντα *dixit, ipse aculeatam intellexit: ac propterea dixit,*

Asperaq́; & semper spinis horrentia duris
Infunde in flauo radicis frustula melle.

Cùm tamen ea plãta supra modũ leuis sit, quæ nec per somnium quidem spinis sit prædita. Nicander igitur Scorpionis spiculo similem esse voluit, quemadmodum ex præsenti loco depræhenditur, id enim κέντρον *impræsentia nominauit. Et sanè quæ pardalianches appellatur caule surgit gracillimo, satisq́; procera. Sidam hactenus Nicander pro punica malo vsurpauit, nunc verò plantam intelligit in Orchomeno lacu nascentem in Bœotia. nam Psamathæ locus est in Bœotia, aut fons, & Copæ ciuitas eiusdem. quin Cnopus, quem Ismenum aliter nuncupant, & Schœneus amnes sunt Bœotiæ, qui fundunt aquam in lacum Orchomenum. Pistacia nucibus Græcis similia fecit, quæ forsitan multò melius strobilis, id est, pinearũ nucleis aßimilarentur. Officinæ fisticos vocãt. Orminũ generibus duobus distinguitur, alterũ enim hortẽse est, vocaturq́; Gallitricũ maius, ab aliquibus saluia transmarina, alterũ syluestre, vocaturq́; gallitricũ minus. Iasimũ plãta, nomẽ inde accepisse videtur, quòd ad sanandũ vi polleat efficaci, quænam tamẽ*

ea sit,

ea sit, non constat, quemadmodum neq; ea, quam βαρυώδεα *nuncupauit, quæ & βαρύωδμος Scholiaste teste appellatur.*

Καὶ μὴν καὶ σίσυμβρα πέλει μειλίγματα νούσων
Σὺν δὲ, μελιλώτοιο νέον στέφος, ἠδ' ὅσα χαύνης
Οἰνάνθης βρύα λευκὰ καταψύχουσι νομῆες.
Ὅσσα τε λυχνὶς ἔνερθεν, ἐρευθήεις τε θρυαλλὶς,
Καὶ ῥόδον, ἠδ' ἴα, λεπτὸν ἀεὶ σπερμεῖον ἀέξει.
Ἢ καὶ πουλύγονον λασίων ὑπαμήσεο ἰάμνων,
Ψίλωθρον, καρπόν τε πολυθρήνου ὑακίνθου
Ὅν φοῖβος θρήνησεν, ἐπεί ῥ' ἀκούσιος ἔκτα
Παῖδα, λαβὼν προπάροιθεν ἀμυκλαίου ποταμοῖο
Πρωθήβην ὑάκινθον, ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσην
Πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα.

Iamq; sisymbra solent fortes mulcere dolores,
Atq; corona recens meliloti, quæq; reuellit
Oenanthes laxæ candentia germina pastor.
Et q̄ lychnis habet, simul ac rubicūda thryallis
Atq; rosa, & violæ, sub thecis semina parua.
Sed mete pulygonō per densa, et amœna vireta,
Psilothrū validū, & semen lugubre Hyacinthi

Quem

Quem Phœbus luxit, postq̃ non vltrò peremptũ
Vidit Amyclæi morientem littus ad amnis,
Eximium forma puerum, nam tempora discus
Insiliens rupit: caluaria fractaq́; tota est.

Sisymbrion officinæ balsamitam nominant, vulgò alfabegam pastoralem, quoniam odoris suauitate ocymum aut æquet, aut vincat. Melilotum herbam officinæ perperam nouerunt, neq; enim est, quam Coronam regiam vocant, mirum in modum adstringentem, nulloq́; præditam calore, sed potius Meliloti delineatio cum ea herba conuenit, quam vulgò Treuol nũcupat. Oenanthe propriè flos est labruscæ, sed in hac parte pro labrusca desumitur, est et Oenanthe herbula, quam nostri filipendulam vocant, sui generis, alia longè ab ea, de qua in præsentia agit Nicander. Lychnidis duo genera constituit Dioscorides, vrbanum et syluestre, sed hæc tam succinctè percurrit, vt non sit mirum hactenus hanc plantam fuisse ignoratam, nõnulli eam esse putant, quam Candelariam herbarij vocant, fruticosam herbã, lanuginosis flagellis, folijs angustis & incanis, flore purpureo, inodoro, violæ matronali simili, flammeo colore. Hæc parũ distat ab ea quam Plinius Iouis florem, & alibi flammeam appellat. Thryallis ignota planta hoc nomine nobis est. Hesichius herbam esse tradit, ex qua lucernarum elichnia fiunt, forteq́; fuerit quam Dioscorides verbasci genus constituit: nominatq́; priuatim lychnitim. Polygonon sanguinariam, aut centinodiam vocant. Psilothrum herbam Scholiastes vocari καρκίνωθρον, καὶ κλῆμα testatur, nos autẽ hæc nomina nunquam legimus. Hyacin-

thus herbula est bulbacea, folio croci, flore spicaceo, purpureo, frequentissima in pratis, Hanc dicunt Hyacintho Amyclæi & Diomedis filio cognominem, natamq; esse ex ipsius cruore, quãdo colludentẽ illũ cũ Apolline discus capiti insiliens interemit, iuxta Amiclæi amnis fluenta. Erat enim puer hic Apollini valde dilectus, quem post mortem amarè luxerit, cùm illum inuitus interemisset.

Τὺ δέ τε καὶ τριπέτηλον, ὅποιό τε δάκρυα βάλλοις
ῥιζοῖς ὁλκήεσσιν ἰσοζυγέων ὀδελλῖσιν,
Ἠὲ σύγ' ἕρπυλλον κεροειδέα, πολλάκι κρῆθμον,
Ἢ πόιην κυπάρισσον ἀμέργων, σὺν δὲ καὶ αὐτοῖς
Ἄννησον, Λιβυκάς τε ποτῷ ἐνικνήθεο ῥίζας.
Ὧν σὺ τότ' ἀμμίγδην, τότε δ' αὖ δίχα πίνεο θρύψας
Ἐν κελέβῃ, κεράσαι δὲ σὺν ὄξεϊ, πολλάκι δ' οἴνῃ
Ἢ ὕδατι, χραισμεῖ δὲ καὶ ἐνθρυφθέντα γάλακτι.

Tuq; triphyllon item sumes, succumq; Cyrenes
Parq; obolis dandũ tribus æquo põdere librãs.
Aut serpilla teris, prædura vt cornua, crethmũ
Nec minus aut plantã cyparissũ, iungeq; dictis
Feruida anesa simul Libyca radice resecta.
Cuncta sed hæc subigens, aliâs nõnulla seorsum
In poculo sorbe, vel aceto mixta, vel acri
Vino, vel lymphis, intritaq; lacte iuuabunt.

Triphyllon

Triphyllon ea est, quam minyanthem antea vocauit, de qua abūdè dictū iam est. Serpilla præterea dixit κεροειδέα, id est, cornu instar prædura, hyperbole tamen est, tantumq; foliorum rigorem, & duritiam indicare voluit. Crethmū, officinæ Cretam marinam appellant, folio crasso calcifragæ haud dißimili. Libycam radicem dixit silphij, ex qua cyrenaicus liquor profluit.

Ἢν δέ σ' ὁδοιπλανέοντα, καὶ ἐν νεμέεσιν ἀνύδροις
Νύγμα κατασπέρχῃ βεβαρημένον, αὐτίκα ῥίζας
ἢ ποίας, ἢ σπέρμα τὸ δ' ἀτραπιτοῖσι χλοάζον,
Μαςάξειν γλυφέεσιν, ἀμελγόμενος δ' ἀπὸ χολὸν
Τύμμασιν ἡμίβροτ' ἐμβάλλοις ἀχλύματα δ' αὐτὸς
Ὄφρα δύην ὀλοῦ, καὶ πότμον θηρὸς ἀλύξῃς.

Quod si dēsa nimis nemorū loca, et arida lustrās
Pestifero vrgeris morsu, tunc ocyus omnes
Radices, plantas, aut semina, quæ via mōstrat
Dentibus infringens, succum suge protinus ore
Ac retrimenta dapis plagæ contrita fouendæ,
Ex vsu fuerint, sæua liberantia morte.

Non quamcunq; temerè herbam vellendam censet, tanquam vsui futuram ei, quem venenatum animal inuaserit, sed quæ ex supradictis fuerit. Nam si harū quæpiam ibi repertæ sint, proculdubiò nō leui aduersum id venenū genus

pollebit facultate, cùm antea dixerit vellendas potißimū esse herbas ex loco, in quo venenata versantur, cùm non sit consentaneum naturam reliquisse pestem sine remedio, aut antipathia. Ergo vbi primū quis ictum feræ persenserit, obuias quascunq; herbas, aut radices, vellere debet, succumq; exugere, ipsis, dentibus diligenter contritis: demū quæ relinquitur massa vulneri aptanda est, atq; ita mortem euadet securus.

Ναὶ μὴν ἢ σικύην χαλκήρεα λοιγέϊ τύψει
Προσμάξας, ἰόν τε καὶ ἀθρόον αἷμα κενώσεις.
ἠὲ κράδης γλαγόεντα χέας ὀπόν. ἠὲ σίδηρον
Καύστειρῆς θαλφθεῖσαν ὑπὸ στέρνοισι καμίνου.

Atq; potes sedem ferro resecare, sed adsit
Sanguineū succū; virusq; cucurbita sorbens.
Sæpe liquor ficus infunditur, icta'ue sedes
Vritur ardenti ferro, quod candeat omne.

Quòd si forsitan non sint ad manum medicamenta, quibus venenis ferarū reluctari poßis, proderit non parū cucurbitulam affigere saucio loco: hæc enim & sanguinem, & virus simul exugit, sed quo facilius, celeriusq; id fiat scarificandus locus ipse prius est. Si verò neq; cucurbitula in promptu sit, liquor ficus infundi potest, qui vehementer discutit veneni ferociam, & exsiccat potenter, quod sanè multò commodius, efficaciusq; præstabitur candenti ferro cremata parte.

Ἄλλοτε φορβάδος αἰγὸς ἐνίπλειον δέρος οἴνης
Χραισμήσει τημοῦτος, ἐπὴν σφυρὸν ἢ χέρα κόψῃ·
Ἀσκοῦ ἔσω βαρύθοντα μέσον διὰ πῆχυν ἐρείσας,
Ἢ σφυρόν, ἀσκοδέτῃς δὲ πέριξ βουβῶνας ἑλίξῃς,
Εἰσόκε τοι μένος οἴνου ἀπὸ χροὸς ἄλγος ἐρύξῃ.

Quandoq; & pellis capræ tunc facta merato
Instar vtris prodest, si fortè talum'ue, manū'ue
Percutiare, tenus cubito nam stringere pellem
Si manus icta fuit, si pes iuxta inguina prodest:
Donec vina malam noxam de corpore pellant.

Inter alia medicamenta, quæ percußis à venenatis opitulantur, & hoc est maximè commēdandum. Nam vinum suo calore, perinde ac cucurbitula, ad se veneni pestilentem vim allicit, neq; sinit venenū ad internas partes facere transitionē. Si igitur manus ictum venenatæ bestiæ senserit, totum brachium in vtrem vino distentum immergendum est, si pes tota tibia, crusq; ipsum inguine tenus, ibiq; fortiter pellis alliganda, quousq; vini facultas totam veneni vim absorpserit.

Αὐτόθι καὶ βδέλλας κορέσαις ἐπὶ τύμμασι βόσκων,
Ἢ ἀπὸ κρομμυόεσσαν στάξειν ὀπὸν, ἄλλοτε δ' οἴνης
Μίγδην ἐν πυράθοισι χέας τρύγα φυρήσασθαι,
Ἢ ὄξευς, νεαλεῖ δὲ πάτῳ περὶ τύψιν ἑλίξαις.

Quin et hirudo manẽs ſuctu trahit omne venenũ
Proderit & ſuccus cepæ, caprina vel ipſa
Stercora, vel vini, vel aceti fece ſubacta,
Sordeq; dira recens commiſta vulnera inunge.

Communi ratione hæc omnia morſibus venenatorũ vtilia ſunt. Nam ſanguiſuga fortiter attrahit impactũ in affecta parte virus Ceparum ſuccus, & caprarum ſtercora diſcuſſoria ſunt, proindeq; cum vini fece, vel aceti commiſcentur.

Ὄφρα δὲ καὶ πάσῃσιν ἀλεξητήριον ἄταις,
Τεύξάμενος πεπίθοιο, τό τοι μέγα κρήγυον ἔσται.
Ἦμος ὅτε θρόνα πάντα μιᾷ ὑπὸ χειρὶ ταράξας.
Ἐν μὲν ἀριστολόχεια, καὶ ἴρεος, ἐν δέ τε νάρδου
Ῥίζαι, χαλβανίδος τε, σὺν αὐαλέαισι πυρέθροις
Εἰῶν, δ' αὐχμόοντε, πανάλθεος ἐν δὲ βρυώνης,
Σὺν δέ τε ῥιζία χαῦνα νεωρυχέος γλυκυσίδης,
Κάρφεά τ' ἐλλεβόρου μελανόχροος, ἄμμιγα δ' ἀφρὸς
Νίτρου, σὺν δὲ κύμινα χέας, βλαστόν τε κονύζης,
Ἄμμιγα δ' ἀγροτέρης σταφίδος λέπος, ἶα δὲ δάφνης
Σπερμεῖα, κύτισόν τε, κατακνήθων τε χαμηλὴν
Ἵππειον λειχῆνα, καὶ ἐν κυκλάμινον ἀγείρας,
Ἐν καὶ μήκωνος νεαρῆς ὀπὸν, ἀμφὶ καὶ ἄγνου

Σπέρματα,

Σπέρμα, βαλσαμόν τε, καὶ ἐν κινάμοιο βάλοιο
Σιὼ καὶ σφονδύλειον, ἁλός τ' ἐμπληθέα κύμβην.
Ἄμμιγα καὶ τάμισον, καὶ καρκίνου, ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ
Πτωκὸς, ὅδ' ἐν ποταμοῖσι πολυςείοισι νομάζον.
Καὶ τὰ μὲν ἐν σύπεϊ προβαλὼν πολυχανδέος ὅλμου,
Ναῦξαι λαϊνέοισιν ἐπιπλήσσων ὑπέροισι,
Ἄψα δ' ἐπ' αὐχλέοισι χέας ἀπαρινέα χυλὸν
ἄμμιγα συμφύρσαιο, κατ' ἀρτίζοιο δὲ κύκλους
Δραχμαίους, πλάστιγγι διακριδὸν ἄχθος ἐρύξας
Οἴνης δ' ἐν δοιῇσι χαδεῖν κοτύλῃσι ταράξας.

Iam commune potest cunctis medicamen haberi
Ictibus inuisis, momenti valdeq; magni,
His pariter tunsis herbis, manibusq; subactis.
Namq; & Aristolochiæ, ac Iridis, ipsaq; nardi
Radix, chalbanides, cum siccis mixta pyrethris
Induntur: daucus, pariterq; bryona salubris,
Laxaq; tum radix glycysides eruta nuper,
Heleboriq; fibræ nigricantis, spumaq; nitri
Atq; cumina teres, viridis germenq; conizæ,
Syluestrisq; vuæ dissecta putamina eadem

Seminis ex lauro mole, cytisum atq; chamelem
Et lichenas equi, cyclaminumq́; insuper addes
Atq; recens opium, viticis quoq; semia iungens:
Balsamaq́; haud aliter cinamo cōmista suaui,
Sphondylion item, salis nidens cymbion vnum.
Et leporis petulæ iungenda coagula dictis,
Cancer & in fluuijs habitās & pascua querēs.
Cuncta sed in patula includēs mortaria, tundes
Pistillis silice ex dura, contussaq́; succo
Conspergenda recens aparines plāta quod edit,
Ac subigens vnà globulos fac inde rotundos
Qui pēsi drachmæ trutina æquent pōdus in ipsa
Quos binis cotylis soluens sorbebis lachi.

Hoc vltimum antidotum descripsit catholicum, quod generatim valeat, venenis omnibus depellēdis. Et sanè quæ recensentur simplicia, ex quibus miscella componitur, non exigua pollent aduersum venena facultate. Nam Aristolochia, & Iris, de quibus nos antea fecimus mentionem, maximè ad id negotium cōmendantur, tum nardi radix, Chalbanū, Pyrethrū, & Daucus; Quin & Vitis alba & Pæonia, quam Glycysidem nominauit: & aliarum singulæ sua peculiari dote præditæ sunt, qua aut alexitheria facultate, aut cathartica venena expellant. Bona autem harum herbarum pars hactenus à nobis est explicata, tantum staphis

agria, quam syluestrem vuam etymo amplificato vocauit, cum chamele, & sphondylio, & aparine reliquæ sunt. Est autem staphis agria, pedicularis herba vocata, quam eodem nomine nouerũt officinæ. Chamelem autem, putamus esse cum chamæmele eandem, nostri Camomillam vocant. Sphondylion, quo nomine à rusticis vocetur, nondum noui, vberrimè tamen prouenit in monte Palomita nuncupato, iuxta oppidum Cantauellæ, folio ferè ficulneo, bicubitali altitudine, muscario anethi, flore candido. Aparine deniq; rubiæ simillima est, asperitate vestibus adhærens, nascitur vbiq; iuxta semitas, & in campis.

Καὶ κεν ὁμηρείοιο καὶ εἰσέτι Νικάνδροιο
Μνῆστιν ἔχοις, τὸν ἔθρεψε κλάρου νιφόεσσα πολίχνη.

Hæc tibi qui scripsit, Nicandrũ mente repones,
Quem Clarus eduxit, niuiũ quæ candet amictu.

Claudit iam hæc theriaca voto, quemadmodum & Alexipharmaca, non parui faciens Ermisianactis consanguinei, quam de ipso habiturus erat memoriã, eius nomine studiosos omnes cõmonefaciens ne sui obliuiscantur. Id enim omniumq; maximè peculiariter ambit excelsum ingeniũ, quòd ornari cupiat, doctorum virorum commendatione, cùm ad indoctorum hominum iudicia nihilo reddatur alacrius.

FINIS.

Errata ſic corrigito.

Fol. 5. b. lin. 10. *Aſplalti, lege Aſphalti.* Fo. 5. a. lin. 21. λονύζης, *lege* κονύζης. Fo. 9. b. lin. 15. *fructius, lege fructibus.* Fo. 10. a. lin. 21. ἀμίγδλην, *lege* ἀμμίγδλην. Fo. 29. a. lin. 17. *videntur, lege videtur.* Fo. 45. a. lin. 2. *Zerinthiũ antrum, lege Zerinthion antrum.* Fo. 46. a. lin. 8. σκολικύντ *lege* σκολικύντ', *&* lin. 17. *ſemina, lege ſemita.* Fo. 53. a. lin. 17 *ignem, lege inguen.* Fo. 70. b. lin. 5. *tumulum, lege tumultu.* Fo. 73. b. lin. 5. χροῦ, *lege* χροιῦ.

Fo. 42. b. lin. 14. *naturali. lege animali.* Fo. 50. b. li. 18. *rotundam. lege, longam.* Fo. 56. lin. 14. *vocauere. lege, dixere.* Fo. 60. b. lin. 25. *erit, lege eſt. eadem linea ma uis. lege, nectis.* Fo. 65. b. lin. 18. *iugiter. leg. ſemper.* Fo. 69. b. lin. 18. *ligamẽta. leg. mox fulcra.* Fo. 70 b. lin. 17 *genuũ ligamẽtaq́;. leg. genuumq́; ligamina.* Fo. 77 a. lin. 17. *Saxa. leg. ſaxea.* Fo. 90. a. 17 *ſuge. leg. bibe.*





